LUD. FRIEDLAENDERO
SACRUM.



Dissertationis capita.

Etsi jam Macrobius[1]) quam religiose cum alii aureae quae dicitur aetatis poetae tum Vergilius antiquiorum vestigia pressissent, accurate quaesierat docueratque, quam uberes inde fructus cum ad aestimandum poetarum ingenium tum vero ad carmina singillatim explicanda possent percipi, tamen mirum in modum studia illa usque ad nostram aetatem neglecta jacuerunt. Per commentarios quidem, quibus viri docti veteres auctores ornaverunt, per ephemerides atque programmata aliquot loci ad poetarum imitationem pertinentes sparsi sunt atque dissipati. Sed consilio ac ratione qui hanc rem sibi sumeret pertractandam, nemo adhuc exstitit nisi Antonius Zingerlius,[2]) qui ab Ovidio profectus et quantum hic pependerit ex prioribus, et posteriores quantum eum secuti sint, diligentissime investigavit. Nam Paldami[3]) libellum „de imitatione Horatii" titulum prae se ferentem, vix est quod nominem; brevi enim XIV paginarum (pag. 22—37) spatio non minus XVI Horatii imitatores percensentur, pagina vix dimidia Statio tributa est, cujus silvas ne legisse quidem videtur, cum plane nullum ex iis locum ad Horatii carmina relatum ibi invenias. —

Permulta igitur restant, quae absolvenda sunt, praesertim si quis plenam universae philologiae historiam, quod jam diu erat in votis virorum doctorum, scribere animum induxerit.

Quod ut tandem fiat, Martinus Hertzius[4]) discipulos ad hujusmodi studia colenda cohortatur, qui circumscriptis historiae literarum antiquarum finibus pag. IV in hunc modum pergit:

---

[1]) cf. sat. lib. V. et VI.

[2]) Ant Zingerle, Ovidius und sein Verhaeltniss zu den Vorgaengern und gleichzeitigen roemischen Dichtern 1. Heft Innsb. 1869, 2. Heft 1871, 3. Heft 1871. — Derselbe: Zu spaeteren lat. Dichtern Innsbr. 1873, 2. Heft 1879. — Derselbe: Martials Ovid-Studien Innsbr. 1877.

[3]) H. Paldamus, progr. gymn. Gryphisw. 1851.

[4]) analecta ad car. Hor. hist. I. (index sch. Vrat. aest. 76).

„ut autem talia opera omnibus numeris quantum fieri licet absoluta cum per singulas aetates tum per universum hunc temporum ac rerum processum philologiae incrementa expositura prodire possint, unus quisque pro facultate aliquid conferet, qui ex immensa congerie, quae huc pertinet, unum alterumve argumentum nondum satis perquisitum scite elegerit, accurate indagaverit, luculenter perscripserit." — Utinam mihi quoque ad tantam rem contigerit aliquid contulisse!

Ut jam ad rem nobis propositam accedamus, ita de Statii priores poetas imitandi ratione optime dicturi esse nobis videmur, ut temporis, quo quisque floruerit, sequamur ordinem. Deinceps igitur agetur de Ennio, Lucretio, Catullo, Horatio, Vergilio, Tibullo, Propertio, Ovidio, Lucano deque iis carminibus, quae sine certo auctoris nomine vulgo circumferuntur: de laude Pisonis, de elegiis in Maecenatem duabus, de consolatione quae vocatur Liviae.

Itaque ut ab Ennio ordiamur, vestigia ejus in silvis exspectare plane vetamur loco (silv. II. 7. 75) cognito: „*Cedet Musa rudis forocis Enni*"; et profecto res ita se habet. —

Aliter quidem judicavit de Lucretio (ibid. v. 76): „*Et docti furor arduus Lucreti*"; attamen materia, quam Lucretius versibus pertractaverat, longius a sua erat remota, quam ut multum ab eo mutuari posset. Quantum vero Ovidius eique aequales poetae ex illo pependerint, jam a Zingerlio (Ov. etc. II. Heft p. 12—38) quaesitum est; ad Lucretium auctorem constantes illae hexametri clausulae reducendae sunt, veluti

nubila caeli I. 6, 278, VI. 214.
aequora ponti I. 8. II. 772, 781.
aequora venti II. 1. 776, V. 266.
nubila venti V. 644, 673.
limina leti VI. 1206.
gramina campi II. 661.
ab origine mundi V. 547.
de montibus altis V. 313, 492, 661. VI. 755, 1013.

de moenibus altis V. 232.
oscula nati III. 883. —
quae apud omnes fere poetas inveniuntur, neque solae per se sufficiunt ad necessitudinem aliquam inter complures poetas demonstrandam. Attamen non dissimiles videntur esse loci
Stat. silv. I. 2. 186 „*cum pluviis rarescunt nubila.*"
Lucr. VI. 214 „*cum rarescunt quoque nubila caeli.*"
quos versus jam Handius[5]) comparavit.

Stat. ibid. 185 „*ipsum in conubia terrae | Aethera . . . solvo.*"
Lucr. 1. 250 „*Postremo pereunt imbres, ubi eos pater aether*
„*In gremium matris terrai praecipitavit.*"

Stat. silv. II. 2. 127 „*dubium quem non in turbine rerum | De-*
„*prendat suprema dies, sed abire paratum Ac plenum vita.*"
Lucr. III. 936 „*Cur non ut plenus vitae vonviva recedis*
„*Aequo animoque cupis securam stulte quietem.*"

Eodem spectat Hor. sat. I. 1. 117 ss.
„*Inde fit, ut raro, qui se vixisse beatum | Dicat et exacto contentus*
„*tempore vita | Cedat uti conviva satur, reperire queamus.*"

Equidem non dubitarem, cum de duobus prioribus exemplis facile quis aliter possit sentire, tertium quem attuli locum ex Horatiano fonte deducere, nisi Statii verba „plenum vita" Lucretium auctorem aperte indicarent.

Sequitur, ut dicamus de Catullo, ad quem vix unum alterumve Statii locum referas. At hercules, quis multa esse communia exspectaverit Statio „versificatori quam poeta meliori", si licet Quintiliani (X. I. 89 de Cornelio Severo) verba in Statium transferre, cum lyricorum poetarum principe! Nam praeterquam quod utriusque carminum argumenta longe diversa sunt ideoque imitandi occasio rebus ipsis non facile datur, ne metra quidem sive in incipiendis sive in concludendis versibus magnam similitudinem concedunt, cum Statius lyricae poeseos metra nusquam nisi sexies admiserit idque in carminibus admodum brevibus.

---

5) Ferd. Hand Stat. silv. (I. 1—3) ed. Lipsiae 1817.

Attamen ad Catullum (XI. 7 ss)
„Sive in Hyrcanos . . . | Seu Sacas sagittiferosve Parthos |
„Sive qua septemgeminus colorat
„Aequora Nilus."
revocare ausim locum Stat. silv. III. 5. 21.
„tecum irem . . . | Vel super Hesperiae vada . . . Thules | Aut sep-
„temgemini caput impenetrabile Nili."
atque id propter similem sententiarum conexum., etiamsi apud Verg. (Aen. VI. 800) legitur
„Et septemgemini turbant trepida ostia Nili."

Comparentur deinde Cat. LXIV. 314
„versabat turbine fusum"
id. ibid. 149 *„te in medio versantem turbine leti."*
Stat. silv. II. 1. 72.
„Non te...versabat turbo catastae."
Primum apud Catullum illud quoque occurit *„dens Indus."*
Cat. LXIV. 48 *„Indo quod dente politum."*
Stat. silv. III. 3. 95 *„Indi dentis honos."*
Prop. (ed. Muell.) III. 29. 13 *„Libyci nobile dentis opus."*
Ovid. met. VIII. 288 *dentes Indi.*

Thebaidem autem dactylicorum quidem Catulli carminum vestigiis non plane carere docetur:
Cat. LXIII. 86 *„refringit virgulta pede vago."*
Theb. I. 379, *„prono virgulta refringit | Pectore.*[6])
Cat. LXIV. 399.
„Perfudere manus fraterno sanguine fratres"
Theb. II. 113.
„pollutus fraterno sanguine Tydeus."[6])

Ut tandem de hexametri clausula, quae apud Statium bis apparet
silv. II. 6. 73, III. 5. 5 *„Rhamnusia vultu"*
aliquid addamus, certo ea ad Catulli exemplum videtur nobis revocanda esse, qui, quantum video, primus illam Nemeseos appellationem a Graecis mutuatus est, quinto ubique pedi eam

---

[6]) omisit eos versus Otto Muellerus in libr. „P. Pap. Statii Theb. et Ach. vol. I. Lps. 1870."

inserens (*Rhamnusia virgo* LXIV. 395, LXVI. 71, LXVIII. 77). A Catullo petiverunt illud nomen praeter Statium
Ovidius trist. V. 8. 9 „*Rhamnusia poenas*"
met. III. 406 „*Rhamnusia justis*"
met. XIV. 694 „*Rhamnusidis iram*"
et auctor Cir. 288 „*Rhamnusia fallit*"

Carmina quidem, quibus Graecos poetas ea voce usos esse potest demonstrari, ad aetatem nostram non pervenerunt; testes[7]) autem sunt Suidas (*Ῥαμνουσία Νέμεσις*) et Hesychius (*Ῥαμνουσία Νέμεσις. ἐν Ῥαμνοῦντι Νεμέσεως ἵδρυτο ἄγαλμα* etc.)

NB. Quamquam de ceteris Catulli imitatoribus agendi hic locus non est, Maecenas tamen non praetermittatur (ap. Suet. vit. Hor.):
„*Ni te visceribus meis, Horati,*
„*Plus jam diligo, tu tuum sodalem*
„*Ninnio videas strigosiorem.*"
Catull. XIV. 1 ss.
„*Ni te plus oculis meis amarem,*
„*Iucundissime Calve, munere isto*
„*Odissem te odio Vatiniano.*"

Iam transeamus ad Horatium, cujus tam frequentem se praestat imitatorem Statius, ut mirum videatur, quod nusquam auctoris faciat mentionem, praesertim cum nobilissimi aetatis illius poetae multis locis commemorentur, veluti Tibullus (silv. I. 2. 255) Propertius (ib.), Ovidius (ib.), Varro qui dicitur Atacinus (silv. II. 7. 79) Vergilius (silv. II. 6. 20. IV. 4. 54 etc.).

---

[7]) Paus. VII. 5. 3. *ἡ ἐν Ῥαμνοῦντι θεός*, quibus verbis Nemesin significat.

Sed ut rem ipsam aggrediamur, primum eos locos comparare liceat, quibus Statius eadem nomina grammatice inter se conjuncta sine ulla immutatione ex Horatianis in sua carmina recepit. Itaque legimus:

praeceps Anien Stat. silv. I. 5. 25.
praeceps Anio Hor. car. I. 7. 13.

flavus Thybris Stat. silv. IV. 4. 5.
flavus Tiberis Hor. car. I. 2. 13, 8. 8, II. 3. 18.

Roma potens Stat. silv. IV. 1. 28.
id. Hor. ep. II. 1. 61.

vagus Hercules Stat. silv. IV. 3. 155.
id. Hor. car. III. 3. 9.

vitrea Circe Stat. silv. I. 3. 85.
id. Hor. car. I. 17. 20.
cf. *vitreae aquae* Stat. silv. I. 3. 74.
vitreus pontus Stat. silv. II. 2. 49.
vitrea unda Verg. Aen. VII. 759.
vitreae sorores Auson. Mos. 179.

Gaetulus leo occurrit apud utrumque[8]) in comparatione Stat. Theb. IV. 494.
Hor. car. I. 23. 10 (cf. Verg. Aen. V. 351).
Gaetula leaena Hor. car. III. 20. 2.

mite solum Stat. silv. IV. 5. 79.
id. Ov. e. p. II. 2. 68.
id. Hor. car. I. 18. 2.

dulce decus Stat. silv. III. 1. 61.
id. Hor. car. I. 1. 2.

dulce periculum Stat. silv. IV. 5. 25.
id. Hor. car. III. 25. 18 (contulit Zing.).

ignis coruscus Stat. silv. I. 5. 6.
id. Hor. car. I. 34. 6, quo uterque fulmen significat.

tempus amicum Stat. silv. V. 2. 38.
id. Hor. car. III. 6. 43.

---

8) Eos Thebaidos locos adscripsi, quos neque O. Muellerus (l. l.) vidit neque P. Kohlmannus (phil. Anzeiger 1874. VI. 347 p.).

Phoebi chorus Stat. silv. V. 3. 56.
id. Hor. car. saec. 75.
quibuscum locis compares
doctique cohors Heliconia Phoebi. Stat. silv. ib. 91.
doctus Phoebi chorus Hor. ibid.

pro Tusculo dicitur
Telegoni jugera Stat. silv. I. 3. 83.
Telegoni juga Hor. car. III. 29. 8.

Arces superbae Anxuris Stat. silv. I. 3. 87.
Superbae arces Carthaginis Hor. ep. 7. 5.

libera vina Stat. silv. I. 6. 41.
id. Hor. a. p. 85.[9])

gelidove labor sudatus in Haemo Stat. Theb. V. 189.
gelidove in Haemo Hor. car. I. 12. 6.

metuendus in hasta Stat. Theb. IV. 221.
mutuendus hasta Hor. car. III. 2. 4.

piger annus Stat. silv. IV. 4. 40.
id. Hor. ep. I. 1. 21.
ubi sensus quidem differt, Horatio annum tarde progredientem significante, Statio eam anni partem, qua judicia et lites interquiescunt.

gemina linqua Stat. silv. V. 3. 90.
utraque linqua Hor. car. III. 8. 5, sat. I. 10. 23.
sc. graeca linqua et latina, velut
„linqua doctus utraque Mart. X. 76. 6.

Statius Horatii illud (car. I. 17. 16)
„copia ruris honorum“ reddidit
„beatus ruris honoribus silv. IV. 5. 1.
„telluris honores Stat. silv. III. 5. 105
sicut *„mobilium turba Quiritium* Hor. car. I. 1. 7.
„mobile vulgus Stat. silv. II. 2. 123.

Apud utrumque invenies, ut una cum his absolvam *„heu nimis“* Stat. silv. II. 7. 24. Hor. car. I. 2. 27.

---

9) Adnotaverunt Keller.-Hold. ad Hor. I. (Lps. 1864—70)

Saepissime autem accidit, ut eadem nomina vel verba, sive grammatice inter se juncta sunt sive nullo rationis vinculo continentur, in initio vel in clausula hexametri occurrant, qua re tanta versuum efficitur aequalitas, ut de imitatione alterius vix possit dubitari. Itaque iisdem verbis incipiunt

„*Ventum erat ad Vestae.* Hor sat. I. 9. 35.
„*Ventum erat ad limen* Verg. Aen. VI. 45.
„*Ventum erat ad . . . ripam* Ov. fast. III. 13.
„*Ventum erat ad ripas* Ov. fast. III. 651.
„*Ventum erat ad robur* Lucan. VII. 545.
„*Ventum erat ad templum* Lucan. IX. 511.
„*Ventum erat ad Thebas* Stat. Theb. II. 65.
„*Jamque dies aderat* Hor. sat. I. 5. 20.
„*Jamque dies aderat, cum* etc. Stat. silv. III. 1. 55.
„*Jamque dies infanda aderat,* Verg. Aen. II. 152.
„*Jamque dies alterque dies processit* ib. III. 356.
„*Jamque dies . . . adest quem* etc. ib. V. 49.
„*Exspectata dies aderat* ibid. 104.
„*Jamque dies aderit, qua* etc. Ov. met. III. 519.
„*Jamque dies medias . . . contraxerat umbras* Ov. met. III. 144.
„*Jamque dies exactus erat* id. IV. 399.
„*Jam prope lux aderat* id. trist. I. 3. 5.
„*Jamque dies . . . oritur* Lucan. I. 233.
„*Tempus erat* etc. Hor. car. I. 37. 4.
„*Tempus erat, cum* etc. Stat. silv. II. 2. 133. Theb. IV. 680.
„*Tempus erat, caeli cum . . . axis* etc. Stat. silv. III. 1. 52.[10])
„*Tempus erat, quo prima quies* etc Verg. Aen. II. 268.[10])
„*Tempus erit, cum* Tib. I. 4. 79. Ov. fast. I. 529 met. XIV. 147.
„*Tempus erat, quo* etc. Ov. ep. X. 7. fast. V. 497.
Lucan. VIII. 467. Ov. met. X. 446.
„*Tempus erit quo* etc. Ov. a. a. III. 69.
„*Tempus et illud erit quo* Ov. met. X. 207.
„*Tempus adest* Prop. (Luc. Muell) V. 6. 53. Ov. a. III. 2. 44. e. p. II. 2. 69. met. XIV. 808.

---

[10]) Comparavit Wold. Ribbeckius (Verg. op. rec. O. Ribb. Lps. 1859—62 index).

„*Tempus adesse* Stat. silv. V. 1. 125.
„*Ferre jugum* Hor. car. I. 35. 28, Stat. silv. V. 3. 160.
„*Sunt quos curriculo* etc. Hor. car. I. 1. 3.
„*Sunt quibus unum opus est* id. I. 7. 5.
„*Sunt quibus haec Luna est* Ov. fast. III. 657.
„*Sunt quibus . . . jus est* id. met. VIII. 730.
„*Sint qui . . . juvent* Stat. silv. IV. 8. 55.
„*Sint quibus exploret* etc. id. ib. III. 2. 30.
„*Est et fideli* etc. Hor. car. III. 2. 25.
„*Est et frumenti* etc. Stat. silv. IV. 5. 49.
quae verba apud utrumque leguntur in initio strophae Alcaïcae.
„*Non ego* — Hor. sat. I. 5. 101. Stat. silv V. 3. 80.
„*Terrarum dominos evehit ad deos* Hor. car. I. 1. 6.[11])
„*Terrarum dominos (sc. colis deos)* Ov. e. p. I. 9. 3.[11])
„*Terrarum dominum (sc. quem facit)* ibid. II. 8. 26.
„*Terrarum dominos et sceptra Eoa tenentes* Lucan. VIII. 208.
„*Terrarum domino divum sine mente voluptas* Stat. silv. III. 4. 20.

In eadem verba desinunt:
„*Certus . . . promisit Apollo* Hor. car. I. 7. 28.
„*lauros promisit Apollo* Stat. silv. IV. 8. 19.
„*Augur Apollo* Hor. car. I. 2. 31.
„*quos . . . augur Apollo* | *Portendi* Stat. Theb. I. 495.
„*nunc augur Apollo* Verg. Aen. IV. 376.
„*ab his majoribus orti* Hor. sat. I. 5. 55.[12])
„*patriciis majoribus orti* Stat. silv. I. 2. 71.[12])
„*vultumque servat Fortuna benignum* Hor. ep. 1. 11. 20.
„*reditque gradu Fortuna benigno* Stat. silv. V. 1. 75.
„*pete cedentem aëra disco* Hor. sat. II. 2. 13.
„*non finderet aëra disco* Stat. silv. V. 3. 53.
cf. „*seu nubila disco* | *Findere* id. ib. III. 1. 155.
„*Proximos . . . Pallas honores* Hor. car. I. 12. 20.
„*tibi Pallas honorem* Stat. Theb. II. 704.
„*redeunt jam gramina campis* Hor. car. IV. 7. 1.
„*et aprici gramine campi* id. a. p. 162.

---

[11]) comparavit A. Zingerle (Ovid. 3. Heft p. 21).
[12]) comparavit A. Zing. (Zu sp. lat. D. Heft 1 p. 25).

„*per gramina Martii* | *Campi* id. car. IV. 1. 39.
„*turpis sine gramine campus* Ov. a. a. III. 249.
„*spoliabat gramine campum* Lucan. IV. 412.
„*depastis submittere gramina campis* Lucan. IX. 182.
„*secreto in gramine campi* Stat. silv. V. 3. 24.
„*mors atris circumvolat alis* Hor. sat. II. 1. 56.
„*saeva dies . . . circumvolat alis* Stat. Theb. I. 51.
composuit eos locos O. Muellerus (l. c.), non autem vidit Ovidianos:
„*motis avidus circumvolat alis* met. II. 719.
„*ducem solitis circumvolat alis* trist. II. 171.
„*plausis circumvolat alis* met. XIV. 507.

Non semper autem licet affirmare, si quae verba vel nomina inter se conjuncta apud duos vel plures scriptores reperiuntur, quem quisque imitator secutus sit; fieri enim potest, ut sua natura atque ingenio in eandem dicendi rationem inciderint vel ut e fonte aliquo reconditiore hauserint. Itaque jam apud Ennium 338 (Vahl.) legimus in fine hexametri:
„*Sollicitari te, Tite, sic noctesque diesque*“
idem apud Hor. (sat. I. 1. 76) eodem loco:
„*noctesque diesque* | *Formidare etc.*“
„*Vestibulum servat . . noctesque diesque* Verg. Aen VI. 556.
„*sub Jove . . nocteque dieque* | *Sedi* Ov. met. IV. 260.
„*nocteque dieque* | *Spirat.* Stat. silv. IV. 6. 94.
„*me nocte dieque* | . . *ferat* id. ib. I. 2. 82.
„*abeunt noctesque diesque* id. ib. II. 1. 210.
„*noctemque diemque* | *Adsimulant.* Stat. Theb. VI. 335.

In universum tamen tenendum erit, talium compluribus poetis communium locorum eum esse auctorem, apud quem primum exsistant. Quod de illis imprimis valet versuum clausulis, nisi aliud indicium accedit, quibus propter nimiam brevitatem nulla omnino vis ad constituendam aliquam inter duos vel plures poetas rationem inesse potest. quales sunt
„*nubila caelo* Hor. car. I. 7. 15. Ov. fast. II. 493, a. I. 8. 4. a. a. II. 10. 13. met. V. 286. Verg. Aen. III. 586, XII. 367, georg IV. 166. Stat. silv. III. 3. 36, Theb. I. 342, 664. Lucan. X. 242. Tib. I. 2. 49, Stat. Theb. VI. 406 alias.

„sidera caeli Verg. Aen. VI. 578, georg II. 1; 342, id. IV. 80. Tib. IV. 1. 10, I. 9. 35, Ov. met. VII. 580. id. XIII. 392. fast. III. 499, Lucan. IV. 54, 107, 521. Car. d. Aetna 67, Stat. silv. V. 1. 241 al. Non minus raro invenies in fine hexametri

„aequora venti“
„aequoris undae“
„aequora ponti“
„aequora ab alto“

quae clausulae ad Lucretium auctorem, apud quem jam frequenter occurrunt, recte a Zingerlio (cf. Ov. Heft II.) redactae sunt (cf. supr. pag. 2.)

Versus quoque Statii invenitur, qui eadem nomina atque Horatianus in initio exhibet et in fine
„Nobilis Ausoniae Celer armipotentis alumnus Stat. silv. III. 2. 20.
„Nob*ilis ut grandi cecinit Centaurus alumno.* Hor. epod. X. 11.
similiter autem Statii versus cadit ac Vergilii Aen. VI. 595.
„terrae omnipotentis alumnum“.

Illud quoque, etsi minus ad demonstrandam Horatii imitationem videtur valere, commemoratione dignum est, quod duae strophae sese excipientes atque eodem metro conscriptae apud utrumque poetam ab eadem voce incipiunt, ita quidem ut primo stropharum versu integra contineatur sententia, veluti
„Orbitas omni fugienda nisu.
„Orbitas nullo tumulata fletu Stat. silv. IV. 7. 33, 37.
„Otium divos rogat in patenti | Aegaeo
„Otium bello furiosa Thrace
„Otium Medi pharetra decori. Hor. car. II. 16. 1, 5, 6.

Talis collocatio nominum quantopere sit ex Horatii scribendi consuetudine, his quoque exemplis comprobatur:
„Virtus repulsae nescia sordidae
„Virtus recludens immeritis mori | Caelum. car. III. 2. 17, 21.
„Fas pervicaces est mihi Thyadas (cantare)
„Fas et beatae conjugis additum car. II. 19. 9, 14.
„Hic in reducta valle Caniculae (vitabis)
„Hic innocentis pocula Lesbii etc. car. I. 17. 17, 21.
„Vos laetam pluviis et nemorum coma
„Vos Tempe totidem tollite laudibus ib. I. 21. 5, 9.

„Vos Caesarem altum etc.
„Vos lene consilium et datis ib. III. 4. 37, 41.
„Te pauper ambit etc.
„Te Dacus asper etc, ib. I. 35. 5, 9.
„Tu lene tormentum ingenio admoves
„Tu spem reducis etc. ib. III. 21. 13, 17.
cf. *Ille-Ille* ib. IV. 6. 9, 13; *Te-Te* ib. IV. 14. 41, 45, 49.
„Donec gratus eram tibi
„Donec non alia magis | *Arsisti.* ib. III. 9. 1, 5.
cf. *Me-Me* ibid. 9, 13.

Deinde conferamus eos locos, quibus Papinius integras sententias vel iisdem verbis expressas vel majore minoreve mutatione adhibita ex Horatii carminibus in sua recepit. Cautior autem Handius (l. c. p. XV.) mihi videtur esse, qui recte quidem monet, „ne ubique imitationis vestigia quaerantur neve omnia quae iisdem fere verbis aut similibus expressa apud alios dreprehendantur, continuo imitationis nomine ad hos auctores referantur;“ sed hac in re fallitur vir doctissimus, quod ubi Statius aliorum vestigiis insistit, callida arte ipsum incessum celare censet. Sunt quidem loci, quibus ingenio fretus quasi praesilire auctorem videtur, sed longe plurimorum locorum, quos aliunde deprompsit, natura talis est, ut statim auctoris memineris. Itaque legimus
„Quidquid de Libycis verritur areis Hor. car. I. 1. 10.
„Milia frumenti tua triverit area centum id. sat. I. 1. 45.
„quod messibus Afris
„Verritur, aestiferis quidquid terit area Nili. Stat. silv. III. 3. 90 s.
qui locus adeo ad Horatii exempla expressus est, ut vel nominativum „*area*“ (pro „*in area teritur*“) retinuerit. Praeter Statium Horatium secuti sunt Tibullus (I. 5. 22.)
„Area dum messes sole calente terit“, Seneca (Thyest. 356.)
„Non quidquid Libycis terit
„Fervens area messibus“

In comparatione Statius eadem utitur imagine qua Horatius

„micat inter omnes
„Julium sidus velut inter ignes
„Luna minores“ car. I. 12. 46 ss.[13])
„illius unus
„Ante decor quantum praecedit clara minores
„Luna faces Stat. silv. II. 6. 35.[13])

„Immunis . . manus
„Mollivit aversos Penates
„Farre pio et saliente mica Hor. car. III. 23. 17.
„Saepe diis
„Caespes et exiguo placuerunt farra salino. Stat. silv. I. 4. 13.
Eodem pertinent Tib. III. 4. 10.
„Farre pio placant et saliente sale.“
Verg. Aen. V. 745.
„Farre pio et plena supplex veneratur acerra.“
Ov. fast. IV. 409.
„Farra deae micaeque licet salientis honorem | Detis.“
id. fast. II. 538.
„parcaque mica salis.“
(cf. ibid. III. 284 *salsa farra*).

Horatii (car. I. 2. 45) verbis
„Serus in caelum redeas, diuque
„Laetus intersis populo Quirini
v. 49 *„hic magnos potius triumphos*
„Hic ames dici pater atque princeps“ [14])
numen Caesaris adorat silv. I. 1. extr.
„Certus amnes terras et quae tibi templa dicamus,
„Ipse colas; nec te caeli juvet aula tuosque
„Laetus huic dono videas dare tura nepotes.“ [15])
cf. Ov. trist. V. 2. 51.
„Sic habites terras et te desideret aether,
„Sic ad pacta tibi sidera tardus eas.“ [14])
Ov. met. XV. 868.

---

[13]) comparavit A. Zing. (Zu spact. 1 p. 24.
[14]) comp. A. Zing. (Ov. III. p. 19).
[15]) id. (Zu sp. II. 6).

„Tarda sit illa dies et nostro serior aevo,
„Qua caput Augustum, quem temperat, orbe relicto
„Accedat caelo faveatque precantibus absens."[14])
Lucan. I. 45.
„Astra potes serus."[15])
. . . *„et vagus Hercules*
„Enisus arces attigit ignias . . .
„Hac te merentem, Bacche pater, tuae | Vexere tigres. Hor. car. III. 3. 9. ss.
„Ibis (sc. Domitiane), *qua vagus Hercules et Euhan*
„Ultra sidere flammeumque solem. Stat. silv. IV. 3. 155.
„dulcibus alloquiis levato. Hor. ep. 13. 18.
„Dulcibus alloquiis et vivis vultibus imple. Stat. silv. II. 1. 252.
cf. Val. Flacc. 1. 25. *dulcia alloquia.*
„undique magno
„Pulsa domus strepitu resonat. Hor. sat. I. 2. 128.
„dulci tremit ecce tumultu
„Tot dominis clamata domus Stat. silv. IV. 8. 15.

Pro *„incola* vel *accola regionis alicujus"* eodem utuntur verborum circuitu:

„qui profundum Danubium bibunt. Hor. car. IV. 15. 21.
„Quique bibit Gangen. Stat. Theb. I. 686.
cf. Hor. ep. 1. 18. 105 *Digentia rivus,*
„Quem Mandela bibit."
car. III. 10. 1. *Tanain si biberes."*
Hor. ep. II. 1. 269.
„Deferar in vicum vendentum tus et odores
„Et piper et quidquid chartis amicitur ineptis."
Stat. silv. IV. 9. 12. ss.
„Tu (sc. misisti mihi librum) rosum tineis situque putrem,
„Quales . . . | Aut tus Niliacum piperve servant,
„Aut Byzantiacos olent lacortes."
cf. Pers. I. 43.
„Nec scombros metuentia carmina nec tus."
Mart. III. 2. 1. ss.
„Cujus vis fieri, libelle, munus?
„Festina tibi vindicem parare,
„Ne nigram cito raptus in culinam

„*Cordylas madida tegas papyro*
„*Vel turis piperisve sis cucullus.*"

Versum Stat. silv. I. 3. 43 codicibus
„*nigros mutantia* (vel *imitantia) murmura somnos*" traditum, cui Aem. Baehrensius[16])
„*pigros mittunt jam murmura somnos*"
scribens frusta mihi videtur mederi conatus esse, recte ex Peyraredi (cf ibid. ad. v.) conjectura ad Horatium restitutum esse puto, ut jam conferas silv. I. 3. 43.
„*qigros invitant murmura somnos*"
cum Hor. epod. II. 27.
„*Fontesque lymphis obstrepant manantibus,*
„*Samnos quod invitet leves.*"
cf. Verg. ecl. I. 55.
„*Saepe levi somnum suadebit inire susurro.*"

Statius enim in describenda ruris amoenitate Horatium quam maxime sequitur: ep. I. 17. 6.
„*Si te grata quies et primam somnus in horam* | *Declactat.*"
Stat. silv. I. 3. 41.
„*Qua tibi tuta quies offensaque turbine nullo* | *Nox silet etc.*"

Hor. car. II. 16. 33 ss.[17])
„*Te greges centum Sicalaeque circum* | *Mugiunt vaccae, tibi tollit* „*hinniti n* | *Apta quadragis equa* —"
Stat. silv. IV. 5. 17 s.[17])
„*Non mille balant lanigeri greges,*
„*Nec vacca dulci mugit adultero*".

Hor. car. II. 6. 17 s.
„*tepidasque praebet*
„*Iupiter brumas*".
Stat. silv. IV. 1. 24.
„*ipsa meae* (sc. *Iani*) *tepeant tibi sidera brumae*"
id. silv. I. 2. 157 *hic* | *Bruma tepet.*"
Hujus versus (v. 157) exitus

---

16) P. Papinii Statii silvae rec. etc. Lps. 1876.
17) comp. A. Zing. Zu spact. etc. I. p. 24.

„versumque domus sibi temperat annum“
referendus est ad Hor. ep. I. 12. 16.
„quid temperet annum.“

Hor. car. II. 15. 10.
„Tum spissa ramis laurea fervidos
„Eecludet ictus.“
Stat. silv. I. 2. 154.
„Excludunt radios silvis demissa vetustis
„Frigora.“
Wold. Ribbeckius (l. c.), qui editionem principem secutus *„decussa“* legit pro *„demissa“*, contulit versum cum Verg. georg. II. 404
„frigidus et silvis aquilo decussit honorem“
ita ut Papinius duos simul auctores compilasse videatur.

Hor. car. III. 30. 6.
„Non omnis moriar —“
Stat. silv. III. 3. 195.
„Non totus rapiere tamen —“

Hor. car. I. 24. 1.
„Quis desiderio sit pudor aut modus?“
Stat. silv. I. 2. 164.
„Quis morum fideique modus?“

Hor. car. III. 4. 1. s.
„dic age . . | . . Calliope.“
Stat. silv. III. 1. 50.
„Dic age Calliope.“

Hor. epod. IX. 32.
„fertur incerto mari.“
Stat. silv. III. 2. 6.
„dubio committitur alto“.
cf. Lucan V. 570.
„dubius fert undique pontus.“

Hor. car. II. 6. 3. s.
„ubi Maura semper | Aestuat unda.“
Stat. silv. V. 2. 114.
„Qua Tyrrhena vadis Laurentibus aestuat unda.“

Statius auctoris versum Adonium recipere solet in finem hexametri, velut

„augur Apollo" (cf. pag. 9), „*Pallas honores*" (pag. 9).

Apud Lucan. V. 566 ocurrit in initio:

„*Aestuat unda minax*" —

Hor. car. I. 6. 13. s.

„*Quis Martem . . | Digne scripserit?*"

Stat. silv. V. 1. 208. s.

„*Quis carmine digno*

„*Exsequias . . . | Perlegat?*"

Hor. car. II. 6. 18. s.

ubi . . amictus Aulon

„*Fertili Baccho nimium Falernis*

„*Invidet uvis.*" 18)

Stat. silv. II. 2. 4. s.

„*Qua Bromio dilectus ager . .*

„*. . et praelis non invidet uva Falernis.*" 18)

Hor. car. II. 1. 2.

„*Bellique causas et . . modos | Tractas.*"

Stat. silv. V. 3. 236.

„*tu . . . | . . . bellique modos . . | Monstrabas.*"

Hor. sat. II. 5. 63.

„*ab alto | Demissum genus Aenea.*" 19)

Stat. silv. III. 3. 49.

„*proavis demissum stemma.*"

id. II. 1. 85.

„*serie generis demissa propago.*"

id. Theb. III. 286.

„*Demissumque Jovis serie genus.*"

id. ib. II. 613.

„*Chromis Tyrii demissus origine Cadmi.*"

cf. Verg. Aen. I. 288.

„*Iulius, a magno demissum nomen Iulo.*" 19)

Tac. an. XII. 58. *Romanum Troja demissum et Iuliae stirpis auctorem Aeneam.*" 19)

Hor. car. I. 20. 8.

---

18) comp. A. Zing. (Zu spaet. I. p. 25).

19) adscripsit K. Nipperdeius ad Tac. an. (Berl. 73).

„jocosa | Redderet laudes tibi . .
„Montis imago."
id. ib. I. 12. 4. *Cujus recinet jocosa*
„Nomen imago".
id. ib. III. 27. 40. *Ludit imago | Vana."*
Stat. silv. I. 3. 18.
„fallax responsat imago | Frondibus."
Hor. car. I. 15. 9.
„Heu, heu, quantus equis, quantus adest viris | Sudor!"
Stat. Theb. III. 164.
„Heu quantus furto sudor!"
Stat. silv. V. 3. 54. *non arva rigaret | Sudor equum". —*
cf. Hor. epod. X. 15.
„O quantus instat navitis sudor tuis!"
Hor. car. I. 15. 1.
„Pastor cum traheret per freta navibus
„Idaeis Helenam." —
Stat. silv. I. 2. 214. s.
„Amyclaeis minus exsultavit harenis
„Pastor ad Idaeas Helena veniente carinas."
Hor. car. I. 2. 26.
„Prece qua fatigent
„Virgines . . | . . Vestam?" [20])
Stat. Theb. II. 244.
„superosque in vota fatigant". [20])
id. silv. V. 1. 72.
„dum fatigas | Numina"
cf. Prop. III. 13. 3.
„deos de fraude fatigas."
Hor. sat. II. 8. 26.
„nam cetera turba
„Nos, inquam, cenamus aves."
Stat. silv. III. 1. 85.
„huc omnis turba coimus"
id. ib. II. 1. 223. *nos anxia plebes."*

---

[20]) cf. M. Haupt. Hermes II. p. 160.

Hor. car. III. 1. 2. *Favete linquis.*"
Stat. silv. II. 7. 19. *favete linquis.*"

Hor. ep. I. 7. 55. *It redit*"
haec verba inde ab Horatio saepissime conjuncta leguntur, velut
Tib. II. 6. 46. *itque reditque*"
Ov. trist. V. 7. 15.
„*per medias itque reditque vias.*"
Ov. a. a. I. 93. *redit itque frequens*"
id. fast. I. 126 *it redit Iupiter*"
[Ov.] ep. Sapphus
„*ante oculos itque reditque meos.*"
cf. Ov. fast. I. 18 *statque caditque ingenium.*"
Tib. I. 4. 28 *stat remeatque dies.*"
Stat. silv. I. 2. 35. *ire redire licet.*"
id. Theb. I. 102 *itque reditque vias totiens.*"
Verg. Aen. VI. 122 *itque reditque viam totiens.*"
Mart. XII. 60b. 4 (Schneidew.) *ire redire.*"
eleg. in Maec. I. 5. (ed. Baehrens.)
„*it redit in vastos semper onusta lacus.*"

Hor. epod. II. 41—46.[21])
„*Sabina qualis aut perusta solibus*
„*Pernicis uxor Apuli,*
„*Sacrum vetustis exstruat lignis focum*
„*Lassi sub adventum viri*
„*Claudensque textis cratibus laetum pecus*
„*Distenta siccet ubera*" *etc.*
Stat. silv. V. 1. 122.[21])
„*velut Apula conjux*
„*Agricolae parci vel sole infecta Sabina,*
„*Quae videt emeriti jam prospectantibus astris*
„*Tempus adesse viri, propere mensasque torosque*
„*Instruit exspectatque sonum redeuntis aratri.*"

Hor. car. III. 3. 44.
„*dare jura Medis.*"
Stat. silv. V. 3. 185.
„*Iura dat Eois*"

---

21) cont. A. Ziug. Zu spaet. etc. I. p. 25.

id. ib. III. 2. 94.
„*armatis sea jura dares.*"

Hor. ep. I. 10. 36. *frenumque recepit.*"
Stat. vilv. III. 5. 26. *frena recepi.*"

Hor. car. I. 35. 28. *Ferre jugum dolosi.*"
Stat. silv. V. 3. 160. *Ferre jugum adsuetus.*"
cf. Hor. car. II. 6. 2., Cat. LXVIII. 118. Hor. car. II. 5. 1.[22])

Hor. ep. I. 1. 45.[23])
„*Impiger extremos curris mercator ad Indos.*"
Stat. silv. III. 2. 91.[23])
„*Non vel ad ignotos ibam comes impiger Indos.*"

His locis ad Horatii verba diligenter expressis eos jam adjungamus, quibus ita Statius auctorem sequitur, ut vel aliis verbis utatur vel notionem leniter immutet vel latius extendat auctoris sententiam.

Hor. car. IV. 2. 33.
„*Concines majore poeta plectro | Caesarem.*"
Stat. silv. I. 3. 100.
„*dictumque lyra majore Catillum*"
id. ib. III. 2. 41.
„*Nec cano degeneri Phoebeum Amphiona plectro.*"

Hor. car. I. 3. 5.
„*Navis quae tibi creditum*
„*Debes Vergilium*".
Stat. silv. III. 2. 5.
„*Grande tuo rarumque damus, Neptune, profundo*
„*Depositum.*"

Hor. car. IV. 4. 49.
„*perfidus Hannibal*"
Stat. silv. IV. 6. 77.
„*perjuro ense superbus | Hannibal*"
id. ib. IV. 3. 5.
„*dux advena pejerante bello*"

Hor. car. III. 24. 10.

---

22) cf. infr. p. 25.

23) comp. Kell.-Hold. ad Hor.

„Scythae | Quorum plaustra vagas rite trahunt domos.“[24])
Stat. silv. V. 2. 135. *mutatores domorum | Sauromatae.“*
Hor. car. II. 3. 10.
„Quid obliquo laborat
„Lympha fugax trepidare rivo?“
Stat silv. I. 3. 66.
„Teque (sc. *Marcia aqua) per obliquum penitus quae laberis rivum“*
quos locos jam Handius contulit, sicut cum Hor. *„lympha fugax“*
Stat. silv. I. 3. 19.
„longas eadem fugit unda per umbras.“

Illud quoque commemorandum mihi videtur esse, quod Statius tertii libri primum carmen eodem vel potius simili modo incohat atque quartum odarum librum Horatius:
Hor. car. IV. 1. 1. *Intermissa, Venus, diu*
„Rursus bella moves?“
Stat. silv. III. 1. 1.
„Intermissa tibi renovat, Tirynthie, sacra | Pollius.“
Horatii locum a. p. 317.
„Respicere exemplar vitae morumque jubebo
„Doctum imitatorem“
secutus dat recte vivendi amico praecepta silv. III. 3. 203.
„Inde (sc. *ab effigie patris mortui) viam morum longaeque examina vitae . . | Poscam.“*

Deinde non tam propter verborum quam sententiarum similitudinem Zingerlius (Zu spaet. etc. 1. p. 26) recte composuit Hor. car. III. 2. 17. s.
„Virtus | Nec sumit aut ponit secures
„Arbitrio popularis aurae“
Stat. silv. II. 2. 121. *Vive . . . felix,*
„Quem non ambigui fasces, non mobile vulgus
„Non leges, non castra tenent!“
Hor. car. II. 13. 26.
„Et te sonantem (sc. *apud inferos) plenius aureo*
„Alcaee, plectro.“

---

24) cf. Aesch. Prom. 709 s.
Σκύθας δ' ἀφίξει νομάδας, οἳ πλεκτὰς στέγας
Πεδάρσιοι ναίουσ' ἐπ' εὐκύκλοις ὄχοις.

Stat. silv. II. 7. 114.
„*Quo* (sc. *in Elysiis oris* v. v. 112) . . .
„*Et te* (sc. *Lucane) nobile carmen insonantem.*"
Vix autem concedendum ei erit comparanti Hor. car. IV. 7. 13.
„*Non, Torquate, genus, non te facundia non te*
„*Restituet pietas.*"
Stat. silv. V. 1. 154.
„*Quid probitas aut casta fides, quid numina prosunt,*
„*Culta deum?*"

Adjiciamus locos, quibus eadem verborum translatione utuntur, in eadem versantes imagine: Hor. car. II. 13. 31. s.
„*pugnas et exactos tyrannos* . | . *bibit aure vulgus.*"
Stat. silv. V. 2. 58 *bibe talia pronis* | *Auribus*"
Hor. car. II. 7. 6.
„*morantem saepe diem mero* | *Fregi*"
Stat silv. V. 1. 36.
„*fatiscet* | *Mater Achilleis hiemes affrangere bustis*"

Initium autem carm. 1. 3. Statius mihi ad Hor. car. IV. 3. 1. ss. videtur composuisse:
Hor. *Quem tu, Melpomene, . . . videris,*
„*Illum non labor Isthmius*
„*Clarabit pugilem, non equus impiger*
„ . . . *ducet* | *Victorem, neque res bellica* . .
„*Ostendet Capitolio*"
Stat. *Cernere* . . *Tibur glaciale Vopisci*
„*Si quis et inserto geminos Aniene penates,*
„*Aut potuit sociae commercia noscere ripae* . .
„*Illum nec* . . *latravit Sirius astro,*
„*Nec* . . *adspexit Nemeae frodentis alumnus*"

Statii vero silvas ut Horatii carmina refertas esse argumentis ex fabulis cum Romanorum tum Graecorum repetitis nemo mirabitur; quod etsi ad Horatii exemplum revocare mihi in animo non est, unus tamen locus afferatur, quo certae imitationis vestigia facile cognocas: Hor. car. III. 4. 53 ss.
„*Sed quid Typhoeus et validus Mimas*
„*Aut quid minaci Porphyrion statu*
„ . . *Contra sonantem Palladis aegida*
„*Possent ruentes? Hinc avidus stetit*

„Vulcanus, hinc matrona Juno“ etc.
Stat. Theb. II. 595 ss.
„non aliter . . Phlegra
„Armatum . . Briareus stetit aethera contra
„Hinc Phoebi pharetras, hinc torvae Pallados angues
„Inde . . praefixa cuspide pinum
„Martis, at hiuc lasso mutata Pyragmoni temnens
„Fulmina etc.“

His denique accedit illud imitationis genus, quod ad rerum pertractatarum vel singulorum argumentorum magis pertinet similitudinem. Itaque ad Horatii exemplum (car. I. 3.) *„Maecium Celerem amicum ab imperatore ad legionem Syriacam missum carmine prosecutus“* (cf. praef. lib. III) est Horatianis locis referto:
Hor. l. c. 8 *animae dimidium meae“* [25])
Stat. silv. III. 2. 7 *animae partem . . . nostrae | Majorem“* [25])
cf. de Stat. vers. 5 (= Hor. v. 5) pag. 20; ex eodem fonte manaverunt v. 6 cf. pag. 16; v. 20 cf. pag. 11; v. 30 cf. pag. 9; v. 41 cf. pag. 20; v. 91 cf. ibid., v. 94 cf. ibid. Stat. locus v. 8 ss.
„praferte benigna | Sidera . . | Oebalii fratres“
mihi videtur referendus esse ad Hor. v. 6 *frates Helenae, lucida sidera“* Ad Hor. v. 9. ss. *Illi robur et aes“* etc. cf. Stat. vv. 61—66.
De Ovidianis (am. II. 11) hujuc carminis vestigiis cf. infr. ad Ov.

Iam videamus singula argumenta. Excusat uterque poeta virium imbecillitatem, quod res a Caesare gestas carmine scribere non possit.
cf. Hor. car. I. 6. 1. ss., ep. II. 1. 1. ss. Stat. silv. IV. 4. 96. Stat. Theb. I. 17. ss.

Ad celebrandum Domitiani equum repetit Hor. verba (III. 30. 3. ss.) [25])

---

[25]) comp. A. Zing. Zu spact. etc. I. p. 23.

„Quod non imber edax, non Aquilo impotens
„Possit diruere aut innumerabilis
„Annorum series et fuga temporum.“
Stat. silv. I. 1. 91.[25])
„Non hoc imbriferas hiemes opus aut Jovis ignem
„Tergeminum, Aeolii non agmina carceris horret,
„Annorumve moras; stabit, dum terra polusque,
„Dum Romana dies.“
Recte quidem Zingerlius (l. c. pag. 23).
Stat. silv. II. 1. 218 *ibimus omnes,*
„Ibimus: immensis urnam quatit Aeacus ulnis“
reduxit ad Hor. car. I. 28. 15.
„Sed omnes una manet nox
„Et calcanda semel via leti.“
et. ib. II. 3. 25. ss. *Omnes eodem cogimur, omnium | Versatur urna“ etc.*
non tamen debuit praetermittere
Hor. car. II. 17. 10.: *ibimus, ibimus,*
„. . . supremum | Carpere inter comites parati.“

„Carmina non peribunt:“
Hor. car. III. 30. 1. s.
„Exegi monumentum aere perennius.“
Stat. silv. V. 1. 10. *Nos tibi*
„Longa nec obscurum finem latura perenni
„Temptamus dare.“
Stat. silv. III. 3. 37. *„Nos non arsura feremus*
„Munera, venturosque tuus durabit in annos
„Me monstrante dolor.“
Stat. silv. II. 3. 63.
„Dona ingenti . . victura sub aevo.“
Stat. silv. IV. 6. 19.
„Nox . . | . . genium habitura perennem.“
cf. Ov. met. XV. extr.

Uterque carmina sua comparat cum parva carina, quae per mare fluctuosum iter factura est:
Hor. car. IV. 15. 3. s.
„Ne parva Tyrrhenum per aequor | Vela darem.“
Stat. silv. IV. 4. 89.

„orbatae (sc. *patris morte) caligant vela carinae.“*

Jugi imaginem transferunt in amorem:

Hor. car. II. 5. 1.

„Nondum subacta ferre jugum valet | Cervice.“

Stat. silv. I. 2. 164.

„Nunquamne virili | Sumittere jugo?“

id. ibid. v. 77.

„edomui victum dominaeque potentis
„Ferre jugum . . jussi.“

id. ibid. 138 *thalami juga ferre secundi.“*

Ver adveniens ad eundem fere modum describunt: Hor. car. IV. 12. 1 ss.

„Jam veris comites, quae mare temperant
„Impellunt animae lintea Thraciae;
„Jam nec prata rigent, nec etc.

v. 5 *Nidum ponit Ityn flebiliter gemens*
„Infelix avis“ etc.

Stat. silv. IV. 5. 5.

„Jam trux ad Arctos Parrhasias hiems
„Concessit . . | Jam pontus ac tellus renident,
„Jam etc.

v. 10 . . *nunc volucrum novi*
„Questus inexpertumque carmen.“

cf. Aesch. Ag. II. 44. *Ἴτυν Ἴτυν στένουσ᾽ . . . ἀηδών.“*

Arist. av. 211 *θρηνεῖς τὸν σὸν πολύδακρυν Ἴτυν.“*

Recte Zingerlio (l. c. pag. 25) ad Hor. car. III. 1. 5.

„Regum timendorum in proprios greges,
„Reges in ipsos imperium est Jovis.“

Statius expressisse videtur illud silv. III. 3. 50.

„propriis sub regibus omnis
„Terra; premit felix regum diademata Roma.
„Hanc ducibus frenare datum; mox crescit in illos
„Imperium superis.“

Augustus inter deos relatus

„purpureo bibit ore nectar“ Hor. car. III. 3. 11.

sicut apud Stat. (silv. IV. 6. 54). Hercules

„Oetaeis emissus in astra favillis
„Nectar adhuc torva laetus Junone bibebat“

Apud utrumque occurrunt matres sollicite ex altis turribus pugnam ante moenia saevientem prospicientes: Hor. car. III. 2. 6 ss.

„illum ex moenibus hosticis
„Matrona bellantis tyranni | Prospiciet etc.“

Stat. Theb. II. 479.

„attonieta tectorum e culmine summo
„Prospectant matres.“

Restat tandem, ut illud imitandi genus breviter attingamus, quod sermonis spectat consuetudinem. Itaque Statius libenter utitur adjectivo pro adverbio, velut *„molle quiescis* V. 3. 36, *„triste rigens* V. 2. 64, *„dulce sonantes* V. 3. 14, *„dulce nitentes* III. 4. 8, *„dulce vagientem* II. 7. 37, *„dulce rubenti murice* II. 1. 133; quibus cum locis conferantur Hor. *„dulce ridere, „dulce loqui* car. I. 22. 24, *„lucidum fulgens* II. 12. 14, *„turbidum laetari* II. 19. 7.

Deinde notandus est infinitivi usus liberior Graeca ratione pendentis e verbo (gaudere Stat.): *„gaudens aequare* Stat. silv. V. 2. 93, *„gaudet vicisse* IV. 1. 10, *„gaudet scandere* III. 2. 19. *„gaudet spargere* III. 2. 72, *„gaudebat cedere* III. 2. 159. Hor.: *„gaudet doceri* car. III. 6. 21, *„gaudet posuisse* I. 34. 16, *„eripi gaudet* II. 12. 27, *„curat reponi* III. 5. 30, alias.

Satis denique sit illud commemorare, quod apud utrumque poetam invenitur adverbium cum substantivo (vel adjectivo) omisso verbi ullius vinculo conjunctum: Stat. silv. II. 7. 49. *tarde redux*“ Hor. car. III. 11. 35 *splendide mendax*“; III. 17. 9 *late tyrannus*“ (Verg. Aen. I. 21. *late rex*“); IV. 4. 22 *diu lateque victrices catervae*“; Stat silv. III. 1. 43 *totiens socer*“, Hor. sat. II. 7. 70 *totiens servus*“. — Nam cum saepissime eadem dicendi ratio tam late pateat, ut ceteris auctoribus aeque communis sit atque Horatio Statioque, magna omnino vis iis ad demonstrandam Horatii imitationem inesse non potest.

Accedentibus jam ad Vergilii carmina magna nobis exspectatio exoritur, fore harum quaestionum fructus uberrimos. Et hercules iste quidem poeta est, cujus tanta apud posteros valebat auctoritas, ut nihil praestantius habere sibi viderentur atque efficacius ad puerorum animos patriae amore inflammandos excolendosque mores. Homerus quasi Romanus colebatur eoque magis omnes eum prosequebantur gratia atque benevolentia, quod originem gentis Romanae vetustatis tenebris obscuratam reclusisset ejusque historiam conjunxisset cum nobilissima atque antiquissimis fabulis celebrata gente Trojanorum. Neque minus imperatores, quorum originem ille ad *„pium“* Aeneam, deorum progeniem, revocaverat, consentaneum erat operam dare, ut communi Romanorum lectione magis magisque percrebrescerent ista carmina ad ipsorum augendam popularitatem potestatemque stabiliendam. Huc accedunt verae carminum virtutes, sermonis elegantia, aequalitas atque constantia versuum et quibus aliis, quas hic exponere locus non est, legentium animi captantur, ut brevissimo tempore poeta vias sibi per totum orbem patefecerit. Ipsius jam poetae aetate carmina in puerorum ludis legebantur; quam frequenter loci ex iis petiti in varios vitae quotidianae usus adhibiti sint, optime docemur inscriptionibus cujusque generis; ut unam afferam Pannonicam jam a Mommseno[26]) ad Vergilium relatam:

„Vivite felices quibus est fortuna beata!“
Verg. Aen. III. 493.
„Vivite felices quibus est fortuna peracta
„Jam sua!“

poetarum autem vel infimae latinitatis nemo fere est praesertim epicorum, qui ex Vergilio non pependerit eumve imitatus sit. — Cui rei operam navavit Woldemarus Bibbeckius (l. l.); Statio vero, duodecim circiter silvarum locis ad Vergilium relatis, nullo modo satisfecit.

Commemorandum autem nobis videtur esse, antequam poetas inter se conferamus, quid Statius ipse de Vergilio judicaverit quantique carmina ejus existimaverit.

---

[26]) ephem. epigr. II. p. 425 (inscr. sepulcr.)

Vergilium magnum suum magistrum liberrime profitetur silv. IV. 4. 55.

„Maroniique sedens in margine templi
„Sumo animum et magni tumulis adcanto magistri“

cujus vestigia sequi maxima sibi laus et gloria sit cf. silv. IV. 7. 27.:

„Tentat (sc. *Thebais*) *audaci fide Mantuanae*
„Gaudia famae.“

Non dubitat eum una cum Homero appellare silv. IV. 2. 8.:

„si pariter mihi vertice laeto
„Nectat adoratas et Smyrna et Mantua lauros“

quorum exemplis excusatum se esse putat, quod Thebaidi aliquid *„stilo remissiore praeluserit“* (cf. praef. lib. I.)

„sed et Culicem legimus et Batrachomyomachiam etiam agnoscimus“ (cf. ibid.)

et adeo sui amator est, ut se cum principibus illis poetis audeat componere silv. V. 3. 62.:

„Fors et magniloquo non posthabuisset (sc. *me*) *Homero,*
„Tenderet et docto pietas aequare Maroni.“

Ceterum Vergilii mentionem facit silv. II. 6. 20 et *„Culicis Maronianae“* ib. II. 7. 74.

Ut jam ad rem ipsam accedamus, apud Statium eadem nomina grammatice cohaerentia inveniuntur, quae non aliter conjuncta in Vergilii carminibus occurrunt. E quibus ut luculentissima exempla afferantur comparentur

Verg. Aen. X. 16 *Venus aurea contra.“*
Stat. silv. III. 4. 22 *Venus aurea cygnos“*
cf. Ov. ep. XV. 289 *Venus aurea furtis“*

quibus locis imitationis eo certius indicium inesse videtur, quod eadem nomina deprehenduntur eodem versus loco. Vergilius autem sequitur Hom. Jl. III. 64.

„χρυσέη Ἀφροδίτη.“

Verg. Aen. VII. 395.

„Ast aliae tremulis ululatibus aethera complent“

Stat silv. V. 5. 71.

„*Poscentemque novas tremulis ululatibus auras*
„*Inserui vitae* (sc. *infantem*)“
versus ne sententia quidem dissimiles.

Verg. Aen. V. 240 *Phorci chorus.*“
Stat. silv. II. 2. 19 *Phorci chorus.*“
De „*Phoebi chorus*“ Verg. ecl. VI. 66. cf. pag. 7.

Verg. Aen. IX. 787, X. 836 *Magnus Aeneas.*“
Stat. silv. IV. 2. 2. *Magnus Aeneas.*“
Statii Hesiodi poetae appellatio
(silv. V. 3. 26, 151) *Ascraeus senex*“ ad
Verg. ecl. VI. 70 *Ascraeo quos ante seni.*“
reducenda est, etsi Statii versus initium (v. 26.)
„*Maeonium Ascraeumque senem*“
non dissimile videtur esse Ov. a. a. II. 4.
„*praelata Ascraeo Maeonioque seni*“
cf. silv. ib. 151 *Ascraeus Siculusque senex*“
culex 95 *Ascraeus poeta.*“

Concedendum quidem est tales similitudines, quae in uno alterove verbo aliunde petito constant, solas per se nihil valere ad certam indubitatamque rationem inter duos poetas statuendam; multo jam probabilius indicium habemus, si eaedem voces grammatice junctae etiam iisdem versus locis reperiuntur, inter quos initium imprimis et clausula hexametri tantam auribus sonus aequalitatem excitant, ut jam minus de imitatione alterius possit dubitari. Similiter igitur desinunt:
Verg. Aen. II. 238 *pueri . . innuptaeque puellae*“
Stat. silv. I. 1. 12 *pueri innuptaeque puellae*“
quae scribentem Statium eo certius Vergilii memorem fuisse necesse est, quod eadem verba ei etiam Aen. VI. 307 *pueri innuptaeque puellae*“ et georg. IV. 476, ubi vv. Aen. VI. 306—308 repetuntur, in fine hexametri occurrebant.

Item usitatissima Vergilii dicendi formula „*copia fandi*“ in fine legitur, veluti Verg. Aen. I. 520=XI. 248.
„*Postquam intromissi . . et coram data copia fandi*“
Aen. XI. 278.
„*semper tibi copia fandi*“.
Stat. silv. V. 5. 49 *et copia fandi | Nulla mihi*“

Verg. Aen. II. 14. *tot jam labentibus annis.*“

Stat. silv. IV. 1. 31 *tulit labentibus annis | Fasces.“*
cf. Ov. trist. IV. 10. 27. *tacito passu labentibns annis*“.

Verg. Aen. III. 141 *exurere Sirius agros.“*
Stat. silv. III. 1. 64 *incendit Sirios agros.“*
cf. Tibull. I. 7. 26 *findit Sirios agros.“*
Mart. IV. 66. 13 *nocuit . . nec Sirius agris.“*

Verg. Aen. III. 53 *et Fortuna recessit.“*
Stat. Theb. II. 540 *et Fortuna recessit.“*

Verg. Aen. VI. 767 *Trojanae gloria gentis.“*
Ov. met. XII. 530 *Lapitheae gloria genti.“*
Lucan. X. 284 *nulli contingit gloria genti.“*
Stat. silv. II. 4. 24 *aeriae . . gloria gentis.“*
id. Theb. IV. 242 *ea gloria genti.“*

Verg. Aen. I. 7 *altae moenia Romae.“*
Stat. silv. I. 2. 191. *posuisset moenia Romae.“*
id. ib. IV. 4. 14 *rarescunt moenia Romae.“*
id ib. V. 2. 169 *prospectat moenia Romae.“*
Lucan. III. 90, 298 *moenia Romae.“*

Verg. Aen. VIII. 560.
„*O mihi . . referat si Jupiter annos*“
Stat. silv. IV. 1. 47.
„*atque suos promisit Jupiter annos*“.
Verg. Aen. X. 549.
„*et longos promiserat annos*“

Tum illud „*miserabile visu*“ sententiae interjectum vere Vergilianum est. Exstat ea exclamatio Aen I. 111, IX. 465, vel huic simillimae
„*miserabile dictu* Aen. VII. 64, georg. II. 30, III. 275.
„*mirabile dictu* Aen. XII. 252, cir. 120, semper autem in fine hexametri positae. Cujus formulae auctor, cum in Ennii, Lucretii, Horatii carminibus non appareat, Vergilius videtur esse, a quo Ovidius eam et Statius mutuati sunt.
Ov. met. XIII. 422 *miserabile visu*“
Stat. silv. V. 3. 70 *miserabile visu*“

Uterque habet eandem Minervae appellationem „*Tritonia virgo*“: Aen. XI. 483, Stat. silv. I. 1. 37, Theb. II. 684 eamque in fine versus.

Verg. Aen. V. 538.

„Ferre sui dederat monimentum et pignus amoris.“
id. ib. V. 572.
„Esse sui dederat monimentum et pignus amoris.“
copa 283 *det pignus amoris.“*
laus Pis. 213 *complectere pignus amoris.“*
Stat. silv. III. 2. 81 *te, nostri pignus amoris“.*

Verg. georg. IV. 483. *tenuitque inhians tria Cerberus ora.“*
Stat. silv. II. 1. 184. *latrabit Cerberus ore.“*
Tib. I. 3. 71. *Stridet . . Cerberus ore.“*

Verg. Aen. IX. 470. *et turribus altis | Stant maesti“.*
id. ib. X. 126. *miseri stant turribus altis.“*
cir. 192 *erit sedes in turribus altis“.*
Ov. ep. XV. 179. *firmataque turribus altis | Moenia.“*
Stat. silv. V. 2. 122. *de turribus altis | Prospectant matres.“*
Stat. silv. II. 1. 97. *deceptaque funera matris.“*
id. Theb. IV. 233. *contenta est funere mater.“*
Verg. Aen. IX. 486. *tua funera mater | Produxi.“*
Catull. LXIV. 349 *natorum in funere matres.“*
Aetna 18. *natorum funera matrem.“*

Ab iisdem verbis incipiunt:
Verg. Aen. II. 49. *Quidquid id est, timeo etc.“*
Ov. ep. XVIII. 203. *Quidquid id est, timeo etc.“*
cf. Ov. e. p. I. 6. 25., II. 9. 77., III. 3. 73.
id. met. XIII. 486. *Quisquis is est, quem etc.“*
[id.] ep. XIX. 217. *Quisquis is est, placeat etc.“*
cf. Verg. Aen. VI. 388. *Quisquis est, armatus qui etc.“*
Lucret. V. 1250. *Quidquid id est etc.“*
Stat. silv. V. 5. 65. *Quisquis is est, etc.“*

Verg. Aen. I. 530 = III. 165.
Est locus, Hesperiam . . dicunt.“
Verg. Aen. II. 21. *Est in conspectu Tenedos.“*
id. V. 124. *Est procul in pelago saxum.“*
Ov. met. II. 195. *Est locus, in geminos ubi brachia concavat arcus.“*
id. fast. II. 491. *Est locus, antiqui dixere etc.“*
id. e. p. III. 2. 45. *Est locus in Scythia, Tanaos dixere paludes“*
id. fast. IV. 337. *Est locus in Tiberim quo influit.“*
id. met. VIII. 788. *Est locus extremis . . in oris.“*

id. met. X. 644. *Est ager, indigenae . . dicunt etc.*"
id. met. XI. 229. *Est sinus Haemoniae.*"
id. ibid. 235. *Est specus in medio.*"
id. ep. XII. 67. *Est nemus.*"
Stat. silv. V. 1. 222. *Est locus ante urbem, qua etc.*"
id. Theb. II. 32. *Est locus, Inachiae dixerunt Taenara gentes.*"

Item ad Vergilium auctorem reducenda sunt versuum illa initia saepissime apud poetas epicos obvia, in quibus substantivum monosyllabum sequitur tempus imperfectum verbi „*esse*", veluti

Aen. VII. 601 *Mos erat*"
Aen. III. 147, IV. 223, VIII. 26 *Nox erat.*" alias.
Ov. am. III. 5 1, e. p. III. 3. 5. fast. II. 792, III. 639, IV. 673, I. 421 *Nox erat et.*" cf. Hor. epod. XV. 1. Prop. IV. 14. 1.
Ov. fast. III. 331 *Nox aderat.*"
id ib. III. 333 *Lux aderat.*"
id. met. III. 143 *Mons erat* = Stat. Theb. III. 460.
Verg. ecl. II. 45 *Huc ades o . . puer*"
id. ibid. VII. 8 *Huc ades o Meliboee*"
id. ibid. IX. 39 *Huc ades o Galatea.*"
Tib. IV. 4. 1. *Huc ades et* (sc. *Phoebe*)."
Petron. sat. 133. 11. *Huc ades et* (sc. *Bacchi comes*)."
Stat. silv. III. 1. 28. *Huc ades et* (sc. *Hercule*)."
Ov. am. III. 2. 47. *Huc ades et* (sc. *Victoria*)."
qua formula dii maxime in precationibus advocantur.

De versuum initiis „*Tempus erat*", „*Iamque dies aderat*", „*Ventum erat ad*", „*Sunt qui*" cf. ad Hor. pag. 8 s.

Quae hactenus attulimus imitationis Vergilianae exempla, magis, ut ita dicam, externam quandam similitudinem habent; attamen et iis remanet demonstrandi quaedam vis, praesertim cum graviora argumenta accedant, quae rem conficiunt. Quod genus constat in iis sententiis, quae vel integrae vel leviter immutatae a Statio ex Vergilii carminibus sumptae sunt. Itaque conferantur:

Verg. Aen. I. 209 *curisque ingentibus aeger*
„Spem vultu simulat.“ [27])
Stat. silv. V. 1. 15 *comites tamen undique ficto*
„Spem simulant vultu.“ [27])
Ad vers. Verg. Aen. VIII. 596.
„Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum“
notat W. Ribbeckius Ennium (an. 231)
„Explorant Numidae, totum quatit ungula campum“
auctorem et poetam quendam anthologiae imitatorem; fugerunt eum versus Enn. 281.
„summo sonitu quatit ungula terram“
Enn. 419.
„et plausu cava concutit ungula terram“
Verg. Aen. XI. 875.
„Quadrupedante putrem cursu quatit ungula campum“
cf. Ov. met. VI. 218
„campus | Assiduis pulsatus equis“
a Zingerlio (Ovid. 2. Heft p. 5) collati.
Neuter autem vidit Stat. silv. V. 3. 55.
„putri sonitum daret ungula campo“
quem ad locum Marklandus[28]) etiam Lucan. VI. 83
„Ungula frondentem decussit cornea campum“
adscripsit.

Comparationes audaciores Vergilius inducere solet eadem excusationis ratione: georg. IV. 176.
„si parva licet componere magnis“
ecl. I. 23. *sic parvis componere magna solebam“*
Cum his locis Ribbeckius contulit
Ov. met. V. 416 *Quod si componere magnis*
„Parva mihi fas est“
cf. Zing. l. l. p. 70 s. Utrumque effugerunt
Stat. silv. III. 3. 56.
„Sic modo si fas est aequare jacentia summis“
Stat. silv. I. 5. 61. *„fas sit componere magnis“*

---

[27]) comparavit W. Ribb. l. l.
[28]) P. Pap. Statii silv. rec. etc. cur. Sillig Dresd. 1827.

Verg. Aen. II. 487 *„pariterque cavae plangoribus aedes*
„Femineis ululant."
Ov. met. III. 528 *„Lamentis gemituque et femineo ululatu*
„Tecta fremunt."
Stat. Theb. V. 697 *resonant ululatibus aedes | Femineis"*
Stat. silv. III. 1., quo carmine templum Herculi ab amico Pollio Felice in litore Surrentino consecratum collaudat, ubi difficultates quae operi faciendo obstiterant per loci importunitatem, describit, aperte alludit ad Verg. georg. IV. 170, qui Cyclopum officinae descriptionem claudit v. 173.
„geniit impositis incudibus Aetna."
similiter Stat. silv. V. 130.
„Non tam grande sonat motis incudibus Aetna."
Comparentur quoque Verg. Aen. VIII. 451
„gemit impositis incudibus Aetna".
Id. ibid. VII. 629.
„Quinque adeo magnae positis incudibus urbes
„Tela novant."
Locos deinde Verg. Aen. I. 501.
„gradiensque deas supereminet omnes"
(sc. *Latona*) et Stat. silv. I. 2. 115.
„Latias metire quid ultra
„Emineat matres"
Ribbeckius injuria mihi videtur contulisse, nisi forte comparationem proximis versibus exstantem
„quantum Latonia nymphas | Virgo premit"
ad Vergilianum illum locum reduci voluerit. Quae tamen sententia tantum abest ut his Romanis poetis communis sit, ut potius ex Hom. Od. 3. 401
„Πασάων δ' ὑπὲρ ἥγε κάρη ἔχει ἠδὲ μέτωπα"
ad ceteros poetas manaverit.
Rectius idem composuit Verg. Aen. I. 73.
„Tu mihi quodcumque hoc regni tu . . .
„ . . . concilias, tu . . . das" etc.
Stat. silv. V. 3. 213.
„Si decus hoc quodcumque lyrae primusque dedisti
„Non vulgare loqui." —
Plane autem carent imitationis vestigiis Verg. Aen. 439

„*Infert se* (sc. *Aeneas) saeptus nubila* . .
„*Per medios, miscetque viris nec cernitur ulli*“
et Stat. silv. I. 1. 32. *puro celsum caput aere saeptum*“
(sc. equus Domitiani magnitudine templa adsita supereminens).

Ad describendum locum aliquem vel factum vel hominem Statius comparationibus libenter utitur, quas ex aliis poetis, imprimis ex Vergilio, repetit, quasi necesse sit eas carmina sua lecturis notas esse. Accedit quod in talibus comparationibus Vergilii ipsius verba retinet:
Itaque legimus Stat. silv. III. 1. 71 ss.
„*Delituit caelum et* . . .
. . *tenuis graviore Favonius austro*
„*Immaduit, qualem Libyae Saturnia nimbum*
„*Attulit Iliaco dum dives Elissa marito*
„*Donatur, testesque ululant per devia nymphae.*“
Verg. Aen. IV. 165 ss.
„*Speluncam Dido dux et Trojanus eandem*
„*Deveniunt, prima et Tellus et pronuba Juno*
„*Dant signum; fulsere ignes et conscius aether*
„*Connubiis, summoque ulularunt vertice nymphae.*“
Eodem pertinet Ov. ep. 7. 93 ss.
„*Illa dies nocuit, qua nos declive sub antrum*
„*Caeruleus subitis compulit imber aquis*
„*Audieram vocem, nymphasque ululasse putavi,*
„*Eumenides fatis signa dedere meis.*“

Violentillae ardentem mariti amorem describens silv. I. 2. 244.
„*Non talis niveos tinxit Lavinia vultus*
„*Cum Turno spectante rubet.*“
Vergilii (Aen. XII. 65 ss.) memorem se praestat:
„*Accepit vocem lacrimis Lavinia matris*
„*Flagrantis perfusa genas, cui plurimus ignem*
„*Subjecit rubor et calefacta per ora cucurrit.*
„*Indum sanguineo veluti violaverit ostro*
„*Siquis ebur, aut mixta rubent sub lilia multa*
„*Alba rosa: talis virgo dabat ove colores.*“

Aliud hujus rationis exemplum praebet Statius (silv. I. 2. 199.) eodem carmine, ubi Violentillae nomen totiens a Stella

celebratum esse ait, quotiens Hylas desideratus a comitibus vocatus sit:

„Asteris et vatis totam cantata per urbem
„Asteris ante dapes, nocte Asteris, Asteris ortu —
„Quantum non clamatus Hylas.“

Verg. ecl. VI. 43.

„His adjungit Hylan nautae quo fonte relictum
„Clamassent, ut litus Hyla Hyla omne sonaret.“

cf. Val. Flacc. III. 596.

„Rursus Hylan et rursus Hylan per longe reclamat
„Avia; responsant silvae et vaga certat imago.“

Deinde Statii (silv. V. 3. 40.) verba

„et infaustae regnum dotale novercae“

(noverca autem Ascanii Lavinia est, et dotale regnum id est, quod Laviniae, uxori Aeneae, doti datum est) originem debere videntur

Verg. Aen. XI. 369. *si adeo dotalis regia cordi est“*
(sc. *Turno*) et Aen. IX. 737.

„non haec dotalis regia Amatae.“

Ad eundem Vergilii fontem reducenda sunt Ovidii verba met. XIV. 569 ss.

„nec jam dotalia regna
„. . . nec te. Lavinia virgo
„Sed vicisse petunt“ (sc. *Aeneas et Turnus*).

In priore quoque Statii versu (V. 3. 39) vestigia Vergiliana deprehendimus:

„Phrygio dum pingues sanguine campos
„Odit et infaustae etc.“

quibus reducimur ad Verg. georg. I. 491.

„Nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro
„Emathiam et latos Haemi pinguescere campos“

cujus loci Lucanus quoque memor fuisse videtur VII. 854.

„scelerique secundo
„Praestabis nondum siccos hoc sanguine campos“.

cf. Hor. car. II. 1. 29.

„Quis non latino sanguine pinguior
„Campus . . . testatur proelia.“

Stat. silv. I. 2. 97. *torrentes sanguine campos.“*

Equum maximum Domitiani, quem propter magnitudinem cum Trojano equo comparat, celebrat alludens Vergilianis versibus:

Stat. silv. I. 1. 11.[29])
„Hunc neque discissis cepissent Pergama muris
„Nec grege permixti pueri innuptaeque puellae."
Verg. Aen. II. 234.
„Dividimus muros et moenia pandimus urbis"
id. ibid. 238 *pueri circum innuptaeque puellae*[29])
„Sacra canunt funemque manu contingere gaudent."
Stat. silv. III. 3. 208.[29])
„Salve supremum, senior mitissime patrum
„Supremumque vale!"
Verg. Aen. IX. 97.[29])
„salve aeternum mihi maxime Palla,
„Aeternumque vale!"

De industria Statius mihi in voce *„supremum"* a Vergilio abiisse videtur, fortasse ea de causa, ne nimis Vergilium pressisse diceretur. Similem ab auctore digressum facit laudans Domitiani aulam silv. IV. 2. 18.[30])
„Tectum augustum ingens, non centum insigne columnis,
„Sed quantae superos caelumque Atlante remisso
„Sustentare queant."

Itaque quod Vergilius de Pici regis arce dixerat, Aen. VII. 170[30])
„Tectum augustum ingens centum sublime columnis"
cum eo non satis videretur ad imperatoris domum digne riteque celebrandam, comparatione illa admodum absurda auxit.
Stat. silv. IV. 4. 101. *Jamque vale!"*
idem in initio versus positum apud Vergilium ter occurrit: Aen. V. 738, XI. 827, georg. IV. 497.

Statius affatur Domitianum eadem appellatione, qua apud Vergilium Phoebi sacerdos Anchisen:
Stat. silv. IV. 2. 15. *te, cura deorum | Cerno jacens"*

---

29) comp. W. Ribbeckius l. l.
30) comp. W. Ribbeckius l. l.

Verg. Aen. III. 479. *Anchisa . . | Cura deum"*
Verg. Aen. VI. 790 *hic Caesar et omnis Juli*
„Progenies, magnum caeli ventura sub axem"
cujus vaticinationis Papinius rationem habuisse videtur de Claudio scribens, tamquam imperatore inter deos relato comprobata sit, silv. III. 3. 77:
„Nondum stelligeram senior dimissus in axem | Claudius"
sicut ex eadem vaticinatione verba illa sumpsit, quae Janum dicentem facit silv. IV. 1. 37
„mecum altera saecula condes (sc. *Domitiane)"*
Verg. Aen. VI. 792
„Augustus Caesar, divi genus, aurea condet | Saecula"
Verg. Aen. XI. 560 *quae nunc dubiis committitur aurio"*
Stat. silv. III. 2. 6 *juvenis dubio committitur alto"*

In praefatione libri I. v. 21: *primus libellus sacrosanctum habet testem; sumendum enim erat a Jove principium"* citat vulgatam atque compluribus poetis communem sententiam; quae etsi ad Homerum (Il IX. 97 *Ἀτρείδη, ἐν σοὶ μὲν λήξω σέο δ'ἄρξομαι*)[31]) auctorem reducenda est, tamen ea forma ex Vergilii carminibus hausta est: Verg. Aen. VII. 219
„A Jove principium generis, Jove Dardana pubes
„Gaudet avo." — Verg. ecl. III. 60:
„A Jove principium musae, Jovis omnia plena"
Verg. Aen. I. 736 *Dixit et in mensam laticum libavit honorem"*
Stat. silv. IV. 6. 76. *fortique deo libavit honores"*
Quae Catulli LXII. 42
„Multi illum pueri, multae optavere puellae"
non immemor Vergilius Aen. XI. 581 de fortissima illa virgine Camilla praedicaverat:
„Multae illam frustra Tyrrhena per oppida matres
„Optavere nurum"

---

31) cf. Pind. Nem. II. 3 *ἄρχονται ἀοιδοὶ, Διὸς ἐκ προοιμίου.* — Theocr. XVII. 1 *Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα καὶ ἐς Δία λήγετε, Μοῖσαι* Arat. phaen. I. *Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθαι* etc. Germ. Arat. A Jove principium magno deduxit Aratus. — Hor. car. III. 6. 6 Hinc (sc. ad deos) omne principium . . refer. sat. II. 6. 22 tu (sc. Jane) carminis esto | Principium."

Statius etsi paululum mutata in carmina transduxit silv. 11. 6. 24:
„Optarent multum Grajae cuperentque Latinae
„Sic peperisse nurus“
silv. I. 2. 76 *Quamvis Ausoniis multum gener ille petitus*
„Matribus“ —

Verg. Aen. VI. 257 ss.
„visaeque canes ululare per umbram
„adventante dea, procul o procul este profani!
„conclamat vates (sc. *Sibylla)*
Stat. silv. III. 3. 14.
„adeste | Dique hominesque sacris! procul hinc procul ite nocentes,
„Si cui etc.“
cf. Ov. fast. II. 623.
„Innocui veniant (sc. *ad sacrificandum), procul hinc procul impius esto!“*
Ov. am. II. 1. 3 *procul hinc procul este severa“.*
Ov. met. VII. 255.
„Hinc procul Aesoniden, procul hinc jubet ire ministros“.
Ov. met. XV. 587 *procul a, procul omnia dixit“.*
Ov. met. X. 300
„Dira canam, procul hinc natae procul este parentes!“

Verg. Aen. IX. 715.
„Prochyte alta tremit durumque cubile | Inarime . . imposta Typhoeo.“
Stat. silv. II. 2. 76.
„Haec videt Inarimen, illinc Prochyte aspera paret.“
Ov. met. XV. 89 *Inarimen Prochytenque legit“*
quibus locis etsi non imitatio certa, consuetudo tamen poetarum eadem eas insulas conjunctas ubique nominandi conspicitur.

Stat. silv. V. 3. 11.
„qui facta attollere regum
„Ibam . . Martemque aequare canendo“
quod eodem sensu dictum est quo Hor. car. 1. 6. 13.
„Quis Martem . . digne scripserit“
ad Verg. ecl. V. 9, etsi sensus locorum differt,
„Quid si idem certet Phoebum superare canendo“
expressum esse videtur.
cf. Theb. IV. 182. *hic fretus doctas anteire canendo*
„Aonidas . . Thamyris“

Stat. silv. II. 1. 172.
„Dilectosque visus premis et frigida libas | Oscula“
quo versu libri Sang. apogr. et editio princ. pro *„libas“* — *„lambis“* exhibent, recte Bentleius (ad Hor. sat. II. 6. 109) adhibito Verg. Aen. I. 256.
„Oscula libavit natae“
correxit, ut conferantur.

Stat. silv. II. 2. 129. *nos, vilis turba, caducis*
„Deservire bonis semperque optare parati
„Spargimur in casus“
Verg. Aen. XI. 372.
„Scilicet ut Turno contingat regia conjux,
„Nos animae viles, inhumatu infletaque turba
„Sternamur campis.“

Stat. silv. II. 6. 34. *Qualis eras procul en!“*
Verg. Aen. II. 274. *Ei mihi qualis erat!“*

Stat. silv. III. 5. 43.
„Nunc iter optandosque sinus comes ire moraris?“
Verg. Aen. II. 704 *nec tibi comes ire recuso.“*
hunc versum Statium memoria tenuisse docetur Achill. I. 539
„neque enim comes ire recuso“
loco a W. Ribbeckio jam ad Verg. v. l. notato. *„Comes ire“* eodem versus loco occurrit silv. V. 1. 127
„tecum gelidas comes ire per arctos“
cf. Hor. ep. I. 7. 76. *indictis comes ire Latinis.“*

Mirabile deinde imitationis exemplum praebet Stat. silv. V. 3. 2 s., quo loco patris mortem deflet:
„pulsumque sinistrae
„Da, genitor, perdocte lyrae“

Vergiliani quidem loci (Aen. VI. 698) natura plane aliena est; discedens enim Aeneas patrem compellat:
„da jungere dextram
„Da genitor teque etc.“
attamen eadem versuum initia, nomina *„sinistrae — dextrae“* certam inter locos rationem exstare satis persuadent.

Stat. Theb. IV. 146. *Quis numerum ferri . . et robora dicto*
„Aequarit mortale sonans?“
Verg. Aen. VI. 50

„*Nec mortale sonans*“ (*sc. affata est Aenean Sibylla*)

Versus „*palmas . . ad sidera tendunt.*“
(Verg. Aen. V. 256, X. 667) vel leviter mutatus tam saepe inde a Vergilio atque Ovidio apud poetas epicos legitur, ut omnes locos afferre longum sit; tamen conferas:
Ov. met. VI. 368 *tollensque ad sidera palmas*“
id. trist. I. 11. 21 *tollens ad sidera palmas*“
id. met. IX. 175 *tendens ad sidera palmas*“
Stat. silv. III. 4. 99 *tendens ad sidera palmas*“
Ov. fast. II. 75 *tollens ad sidera vultum*“
id. met. I. 731 *tollens ad sidera vultus*“
id. ib. II. 580 *tendebam brachia caelo*“
id. ib. III. 404 *manus . . ad aethera tollens*“
id. ib. VI. 279 *liventia brachia tollens*“
id. ib. VII. 188 *ad quae* (sc. *sidera*) *sua brachia tollens*“
id. ib. IX. 210 *tendentem brachia caelo*“
id. ib. IX. 293 *tendensque ad caelum* | *Brachia*“
et quae exempla ex Silio, Valerio aliorumque carminibus affert Zingerlius (Zu spaet. l. Dicht. I. p. 25).

Verg. Aen. X. 793.
„*Si qua fidem tanto est operi latura vetustas*“
Lucan. III. 406.
„*Si qua fidem meruit superos mirata vetustas*“
[Ov.] ep. XVII. 119 *Si qua fides vero est*“
Mart. V. 19. 1. *Si qua fides veris*“
Ov. am. II. 6. 51 *Si qua fides dubiis*“
Ov. met. IX. 371 *Si qua fides miseris*“
Stat. silv. V. 2. 117 *Si qua fides dictis*“
Ov. met. IX. 55 *Si qua fides*“
id. e. p. III. 5. 53 . . *si qua fides* . . .“
id. met. XV. 361. *Si qua fides rebus tamen est addenda probatis.*“

Denique eos locos percenseamus, quos a W. Ribbeckio l. l. jam collatos nondum attulimus. Itaque recte comparavit
Verg. Aen. IV. 657. *Felix a nimium felix!*“
Stat. silv. I. 2. 154. *Felix heu nimium felix!*“

Verg. Aen. XII. 401.
„*ille retorto*
„*Paeonium in modum senior succinctus amictu*“

Stat. silv. I. 4. 107. *ritu se cingit uterque | Paeonio"*
non dissimiles videntur esse:
Verg. Aen. XI. 822.
„Alloquitur fidam ante alias, quae sola Camillae,
„Quicum partiri curas."
Stat. silv. V. 2. 37.
„Atque illi curarum asperrima suetus
„Credere partirique metus."
Stat. silv. I. 4. 48. *Sic itur ad alta | Pectora."*
Verg. Aen. IX. 641. *Sic itur ad astra."*
plane dissimiles sunt:
Verg. Aen. VI. 119.
„Si potuit manis arcessere conjugis Orpheus
„Threicia fretus cithara fidibusque canoris."
Stat. silv. V. 3. 271.
„Si chelyn Odrysiam pigro transmisit Averno
„Causa minor."
Verg. Aen. II. 10. *Sed si tantus amor casus cognoscere nostros."*
Stat. silv. III. 2. 40.
„. . . si vestras amor est mihi pandere Thebas."
Verg. Aen. VIII. 446.[32])
„Vulnificusque chalyps vasta fornace liquescit."
Stat. silv. III. 1. 122.[32])
„Indomitusque silex curva fornace liquescit."

Omnibus adhuc imitationis Vergilianae exemplis collatis id erat commune, quod similitudo ad sententiam pertinebat iisdem verbis vel paululum mutatis expressam. Cujus naturae ii quoque loci sunt, quos ab Horatio, Ovidio ceterisque poetis, de quibus agetur, petiit. At nova remanet ratio, quae inter Vergilium solum et Statium intercedit neque minus nobis testatur, qua gratia atque popularitate Vergilius apud posteros floruerit. Pertinet autem ea ratio ad rerum narratarum solum argumentum. Jam singula videamus:
Stat. silv. III. 3. 191. „*Lydi pietas temerari Lausi"*

[32]) comp. A. Zing. Zu spaet. etc. I. p. 26.

referendum est ad Verg. Aen. X. 812, ubi Aeneas Mezentio necato Lausum patri auxilium laturum his verbis increpat:

„*Quo moriture ruis, majoraque viribus audes?*
„*Fallit te incautum pietas tua.*“

Stat. silv. II. 1. 92.

„*Optabat longe reditus Pallantis ovantis*
„*Euander*“

revocandum est ad Verg. Aen. VIII. 560 ss., ubi Eander verba in eundem sensum faciens Pallantem filium in bellum dimittit. cf. V. 575

„*si numina vestra*
„*Incolumem Pallanta mihi si fata reservant,*
„*Si visurus eum vivo et venturus in unum etc.*“

quae sequuntur apud Statium V. 93. verba:

„*fidus pugnas spectabat Acoetes*“

pertinent ad Aen. XI. 30. ss.:

„*Corpus ubi exanimi . . Pallantis Acoetes*
„*Servabat senior, qui Parrhasio Euandro*
„*Armiger ante fuit, sed non felicibus aeque*
„*Tum comes auspiciis caro datus ibat alumno.*“

Stat. silv. III. 3. 198

„*Felix cui magna patrem cervice vehenti*
„*Sacra Mycenaeae patuit reverentia flammae.*“

pertinet ad Verg. Aen. II. 721. ss.

Stat. silv. IV. 2. 1.

„*Regia Sidoniae convicia laudat Elissae,*
„*Qui magnum Aenean Laurentibus intulit arvis*“

quorum alter versus spectat Aen. I. 6.

„*dum conderet urbem*
„*Inferetque deos Latio.*“

De „*magnus Aeneas*“ jam supra (pag. 29) diximus; „*Laurentibus arvis*“ legitur Aen. XII. 24., *Laurentibus agris* Aen. XI. 431., — igitur totus locus Vergilianum colorem ostentat.

Stat. silv. V. 3. 266.

„*Felix si ille patrem vacuis circumdedit ulnis*“

revocandum est ad Verg. Aen. VI. 298. ss.

„*da jungere dextram,*
„*Da genitor, teque amplexu ne subtrahe nostro.*

„Ter conatus ibi collo dare brachia circum
„Ter frustra compreñsa manus effugit imago.“

Statii autem versus insequentes (267—270) levissime attingunt Vergilii narrationem de Aenea apud inferos versante; Sibyllae appellatio Stat. v. 270 *vates longaova Dianae“* manavit ex Verg. v. 628 *Phoebi longaeva sacerdos“* cf. ibid. 320. *„longaeva socerdos“* (cf. Stat. Theb. II. 739). Eodem pertinet Stat. silv. IV. 3. 131.

„Ex quo me duce praescios Averni
„Aeneas avide futura quaerens
„Lucos et penetravit et reliquit.“

Stat. silv. IV. 7. 19
„liticenve notus | Hectoris armis“
qui est Misenus, de quo Verg. Aen. VI. 166 cf.
„Hectoris hic magni fuerat comes, Hectora circum
„Et lituo pugnas insignis obibat et hasta“

Stat. silv. V. 3. 127
„Trojus qua puppe magister
„Excidit et mediis miser evigilavit in undis“
refertur ad Verg. Aen. V. 857 ss., quo loco de Palinuri interitu agitur, sicut Stat. silv. V. 3. 51.
„Illic et Siculi superassem dona sepulcri“
ad initium libri Aen. V., ubi ludi in mortem patris ab Aenea instituti enarrantur.

Stat. silv. V. 2. 118—120.[33])
„Gaetulo sic pulcher equo Trojanaque quassans
„Tela novercales ibat venator in agros
„Ascanius miseramque patri flammabat Elissam“
Verg. Aen. IV. 136.[33])
„At puer Ascanius mediis in vallibus acri
„Gaudet equo“ —
cf. Hor. a. p. 162 *„Imberbus juvenis . . .*
„Gaudet equis canibusque etc.“

---

[33]) comp. W. Ribbeckius l. l.

Jam restant Vergilii quae feruntur carmina minora, ex quibus Culicem verum Vergilii carmen Statium aestimasse jam supra (pag. 28) dictum est. Eandem cum auctoritatem tribuisse Ciri, imitationum testimoniis comprobatur, et nimia tantum brevitate factum esse videtur, ut Moreti et Copae vestigia in Statii carminibus non reperiantur. Itaque conferas:

culex 260.

„*Obvia Persephone comites heroidas urguet*
„*Adversas praeferre faces* (sc. *manibus*)."

Stat. silv. V. 1. 254. ss.

„*Umbra venit, jubet ire faces Proserpina laetas*
„*Egressasque sacris veteres heroidas antris*
„*Lumine purpureo tristes laxare tenebras.*"

cul. 135.

„*Hic, magnum Argoae navi decus, edita pinus*
„*Proceras decorat silvas.*"

Stat. silv. V. 1. 151.

„*Qualiter alta comam, silvarum gloria, pinus*
„*Deficit.*"

cir. 396 *parvusque dea cum matre Paleomon.*"

Stat. silv. III. 2. 39. *diva cum matre Palaemon.*"

accedit quod uterque poeta in prioribus versibus ceteros maris deos potentes enumerat.

cf. silv. II. 1. 180. *jacuit sub matre Palaemon.*"

Theb. I. 121. *ipsa genetrix . .* |
„ . . . *gremioque Palaemona pressit.*"

Cir. 24. *confecto redeunt quinquennia lustro.*"

Stat. silv. IV. 2. 62. *saepe iteres . . quinquennia lustris*"

id. silv. V. 3. 253. *decem quinquennia lustris* | *Juncta ferens.*"

Sequitur deinde ut de Statii imitatione Tibulli agamus. Antequam autem anquiramus, quae iis praeter ceteros sint communia, paululum consistamus in Stat. silv. I. 2. 252. ss.

„hunc ipse Coo plaudente Philetas
„Callimachusque senex Umbroque Propertius antro
„Ambissent laudare diem, nec tristis in ipsis
„Noso Tomis divesque foco lucente Tibullus".

Nam quodammodo ludens priores poetas suis verbis Statius induxit, ut qui legerent eum locum, statim auctorum meminerint; itaque v. 255 referendus est ad Tib. I. 1. 5. s.

„Me mea paupertas vita traducat inerti,
„Dum meus adsiduo luceat igne focus."

Eodem spectat, quod animum suum parvis rebus contentum laudans scripsit silv. IV. 5. 13.

„Nos parca tellus, pervigil et focus | Solantur".

Illud vero silv. I. 2. 253 *Umbroque Propertius antro*" vestigia prae se fert Prop. (Luc. Muell.) IV. 1. 5.

„Dicite quo pariter carmen tenuastis in antro?"

Locus autem Statii *„huuc ipse Coo plaudente Philetas | Callimachusque senex*" compositus videtur esse ad Prop. IV. 1. 1.

„Callimachi manes et Coi sacra Philetae"

in utroque nominibus *„Callimachi (us)*" in prima versus sede, *„Coi (o)*" — *„Philetae (tas)*" pari intervallo in fine positis.

Praeterea utrique communia haec inveniuntur:

Tib. II. 3. 60 *barbara catasta.*"
Stat. silv. II. 1. 72. *barbarica catasta.*"

In fine hexametri:

Tib. III. 3. 13 *Phrygiis innixa columnis*"
Stat. silv. IV. 2. 38 *Indis innixa columnis*"
id. ib. I. 2. 152 *fastigia nixa columnis*"
id. Theb. II. 67 *juga nixa columnis*"
cf. Ov. e. p. III. 2. 49 *vastis innixa columnis*"
Prop. III. 29. 3 *Poenis digesta columnis*"

Tib. IV. 1. 84 *curvo brevius convertere gyro*"
Stat. silv. III. 2. 152 *fortis . . . turmas praevertere gyro*"
Tib. II. 5. 3 *vocales impellere pollice chordas*"
Stat. silv. V. 5. 31 *eburno pollice chordas | Pulso*"
id. ib. IV. 4. 53 *tenues ignavo pollice chordas | Pulso*"
cf. Ov. met. X. 145 *impulsas tentavit pollice chordas*"
id. ib. V. 339 *querulas praetentat pollice chordas*"
id. am. II. 4. 27 *querulas percurrit pollice chordas*"

id. fast. II. 108 *Reddidit icta suos pollice chorda sonos.*"

Frequenter in ultimo hexametri pede casus obliqui vocis honoris occurrunt, antecedente genetivo ex ea pendente:

Tib. I. 7. 53 *dem tibi turis honores*"
Stat. silv. III. 5. 105 *referam telluris honores*"
Ov. met. I. 449, 565 *frondis honorem*"
Stat. silv. I. 2. 113 *frontis honorem*"
Ov. met. VIII. 387 *virtutis honorem*"
id. ib. X. 681. XIV. 128, 130 *turis honorem*"
cf. pag. 7.

Jam pergamus ad Propertium,[34]) quem supra (pag. 46) suis verbis a Statio introductum esse vidimus. Cujus imitationis etsi non multa argumenta afferri possunt, tamen iis, quae nobis praesto sunt, satis demonstratur, eum quoque Statium secutum esse.

Prop. V. 11. 19 *judex sedet Aeacus urna*"
Stat. silv. III. 1. 16 *rigidum timet Aeacon urna*"
Prop. V. 3. 67 *domitis Parthae telluris alumnis*"
Stat. silv. III. 2. 62 *pios telluris alumnos*"
Ov. am. III. 15. 3 *Peligni ruris alumnus*"
Prop. V. 1. 43 *pater in nati . . cervice pependit*"
Stat. silv. I. 2. 103 *tenera matris cervice pependit*"
Prop. V. 6. 73 (cf. pag. 17) *vinaque . . . praelis elisa Falernis*"
Stat. silv. III. 2. 3 *praelis non invidet uva Falernis.*"

Vix ullius momenti est, quod eadem metonymia ab utroque adhibetur:

Prop. III. 31. 35 *multo nihil est mutata Lyaeo*"
id. IV. 4. 21 *multo mentem vincire Lyaeo*"

34) in numerandis versibus secuti sumus Luc. Muellerum (Sex. Prop. eleg. Lps. 76.).

Stat. silv. III. 1. 41 *multo fratre (= Lyaeo) madentem*"
cf. id. ib. III. 1. 53 *ictusque Hyperione multo*"
Ov. a. a. III. 645 *multo Lyaeo.*"

Denique versum illum, quem jam supra laudavimus (pag. 46)
„*quo pariter carmen tenuastis in antro*"
alio quoque modo a Statio expressum invenimus, silv. IV. 7. 9.
„*Maximo carmen tenuare tento*"
etsi eodem sensu non intellectum: Propertius tenuare dicit de poetis elegiacis, quorum de numero Callimachum nominat et Philetam, qui jungentes hexametro pentametrum quasi tenuant dactylici carminis naturam, ut Ovidius dicit „attenuare" am. I. 1. 18.
„*Cum bene surrexit versu nova pagina primo,*
„*Attenuat nervos proximus ille meos*"
Statius autem eodem verbo (cf. Hor. car. III. 3. 72
„*magna modis tenuare parvis*")
nihil nisi carmen componere leve, parvum significat, idque Sapphico systemate perscriptum, cum longe plurimarum silvarum metrum dactylicum sit.

Veniamus deinde ad Ovidium, quem bis Papinius in silvis nominat non sine levi quadam carminum ejus significatione: silv. I. 2. 254
„*tristis in ipsis | Naso Tomis*"
silv. II. 1. 77 *qui corpora prima transfigurat.*" — Hunc quidem praeter Vergilium atque Horatium maxime secutus est.
Ov. e. p. II. 11. 11 *maestae solacia mentis*"
Stat. Theb. I. 596 *maestae solacia morti*"

Ov. am. II. 6. 54 *vivax Phoenix*"
Stat. silv. III. 2. 114 *vivax Phoenix*"

Ov. e. p. II. 5. 62 *dubiae navita puppis*"
id. fast. II. 101 *dubia pinus*"
id. a. a. I. 557, II. 514 *dubia ratis*"

Stat. silv. IV. 3. 77 *passus dubias carinas*"
id. Theb. IV. 244 *dubiis vitata carinis*"

Ov. met. VII. 52., c. p. I. 3. 35. *natale solum*"
id. met. IV. 684 *natalia rura.*"
Stat. silv. III. 5. 82. *natale solum*"
id. silv. III. 3. 60. *gentile solum*"
cf. Hor. car. I. 21. 10. *Natalem Delon Apollinis.*"

Ov. trist. I. 3. 11. *Jovis ignibus ictus*"
Stat. silv. V. 1. 152. *Jovis ignis*"
apud utrumque significatur fulmen.

Ov. met. XV. 717. *Antiphataeque domus*"
Stat. silv. I. 3. 84. *domus cruenti | Antiphatae*"
qua significatione Formiae nominantur, praeterea ea de causa loci mihi cohaerere videntur, quod in versibus proximis utrobique aliae Italiae urbes enumerantur (cf. pag. 7).

Frequenter versus apud Ovidium exeunt in „*in imagine somni*" met. VII. 654;
met. XIII. 216. *deceptus imagine somni;*"
met. VIII. 824, IX. 480, 685 *sub imagine somni*" — quibus Statii respondet
silv. V. 4. 289. *somnique in imagine* — ◡."
cf. Lucan. VII. 8.
„*Sollicitos vana decepit imagine somnos.*"

Ov. fast. V. 719. *alterna fratrem statione redemit.*"
Stat. silv. V. 4. 12. *alterna tantum statione tenebat.*"

In fine versus leguntur:
Ov. met. VII. 619. *miserarum turbine rerum.*"
Stat. silv. II. 2. 127. *in turbine rerum.*"

Ov. met. XIII. 688.
„*et apertae pectora matres* (sc. *significant luctum*)."
Stat. silv. V. 1. 13. *et aperto pectore matres* (sc. *conveniant*)."
rectius Statii locus ad Ovidianum fontem reducitur propter majorem aequalitatem, etsi concedimus, Ovidii animo obversatos esse exeuntes similiter Vergilii versus:
Aen. VII. 392. *accensas pectore matres*"
ib. XI. 877. *percussae pectora matres.*"
cf. Lucan. II. 38. *contundite pectora matres.*"

Ov. ep. I. 107. *veniet, vivat modo, fortior aetas.*"

Stat. silv. I. 2. 165. *veniet jam tristior aetas*".
id. ib. V. 2. 158 *nos fortior aetas*
„*Jam fugit.*"
Lucan. VIII. 869. *veniet felicior aetas.*"
id. X. 134. *stat contra fortior aetas.*"

Ov. met. II. 1. *Regia . . sublimibus alta columnis.*"
Stat. silv. III. 1. 99. *stat porticus alta columnis.*"

Ov. ep. V. 27. *margine ripae.*"
Stat. silv. II. 3. 17. *posuit se margine ripae.*"
id. Theb. IV. 703. *deceptum margine ripae.*"
quos Papinii locos Loersius ad Ov. l. c. affert ad eam lectionem defendendam; non vidit apud ipsum Ovidium eandem clausulam exstare
met. V. 598. *propioris margine ripae.*"
met. I. 729. *positis in margine ripae*
„*Procubuit genibus.*"

Ov. met. I. 3. *ab origine mundi*"
id. trist. II. 5. 59. *prima surgens ab orqino muudi.*"
Stat. Theb. III. 242. *manet ab origine mundi.*"
Lucan. VI. *a prima descendit orgine mundi.*"
Lucr. V. 547. *prima concepta ab orgine mundi.*"

De clausula hexametri „*Pelion Ossae*" (Ov. met. I. 155., Stat. silv. III. 2. 65. alias)
cf. Zing. Zu spact. l. D. II. Innsbr. 1879.

Ov. e. p. II. 3. 75. *Latiae facundia linquae.*"
id. trist. IV. 4. 5. *patriae facundia linquae.*"
Stat. silv. V. 3. 90. *plangat facundia linquae.*"
cf. Ov. trist. III. 5. 29. *Quaeque tibi linquae est facundia.*"

Ov. trist. V. 7. 61. *perdam commercia linquae.*"
Ov. trist. V. 10. 35. *sociae commercia linquae.*"
Stat. silv. I. 3. 3. *sociae commercia ripae.*"
Ov. trist. III. 11. 9 *cum gente fera commercia linquae.*"
Stat. Theb. II. 512. *dirae commercia jungere linquae.*"
Lucan. VIII. 348. *Latiae commercia linquae.*"

Ov. am II. 11. 23 *ubi fune saluto* (sc. *navis currit).*"
Stat. silv. III. 2. 54. *ratem terris divisit fune soluto*". (cf. pag. 23).
Ov. a. a. III. 311. *quae voce canora*" (sc. *de Sirenibus).*
Stat. silv. V. 3. 80. *voce canora*" (*de olore* sc.).

Ov. e. p. I. 8. 11. *ripae vicina binominis Istri.*"
Stat. silv. V. 1. 84 *ripa binominis Istri.*"

Ov. e. p. II. 6. 29. *per durum servato tempus amico.*"
Stat. silv. V. 2. 38 *tempus amicum.*" (cf. pag. 6.).

Ov. trist. I. 3. 1. *tristissima noctis imago.*"
Stat. Theb. II. 349. *turbida noctis imago.*"
id. ib. II. 95. *Noctis imago . . falsa*" (in initio).
Ov. met. IX. 474. *tacitae . . noctis imago*"
id. ib. XI. 550. *noctis imago est.*"

Frequenter apud Ovidium aliosque hexametri in „*imago*" exeunt antecedente genetivo, veluti:
mortis imago Ov. met. X. 726, am II. 9. 41. Verg. Aen. II. 396; *solis imago* v. met. XIV. 768; *fontis imago* Stat. silv. III. 4. 41.

De versuum initiis „*tempus erat*", „*ventum erat*", „*quidquid id est*" aliisque jam supra (cf. pag. 8. s., pag. 31. s.) disputatum est; restat modo
„*Ille ego qui duxi* Ov. e. p. I. 2. 153.
„*Ille ego qui fuerim* id. trist. IV. 10. 1.
„*Ille ego qui potui mulcere* Stat. silv. V. 5. 38.

Una cum his absolvamus, quod „*et adhuc*" semper fere ita versui inseritur, ut in syllabam „*huc*" arsis incidat pedis quarti.
cf. Hor. a. p. 78. *et adhuc sub judice lis est.*"
cf. Ov. II. 239., III. 119., met. II. 389., VIII. 314., XI. 691., XV. 294. Stat. silv. III. 5. 25., V. 2. 63.

Jam conferamus eos locos, quos vel integros, vel ex parte mutatos „*tamquam fuco alio tinctos*" (Macrob. VI. 2.) ob. Statius ex Ovidii carminibus in sua transtulit:
Ov. rem. am. 91.
„*sero medicina paratur.*"
Stat. silv. V. 1. 66. *Sera quidem tanto struitur medicina dolori.*"

In versu Stat. silv. V. 1. 176. *Pars animae victura meae*" Ovidii vestigia aperta sunt: met. VIII. 406

4*

„Pars animae consiste meae!“
et deinde silv. III. 2. 7. *animae partem nostrae majorem.“*
Ov. ep. XV. 58. *pars nostri major.“*
qua significatione uterque amicum affatur. Ovidius autem eam imaginem sumpsit ab Hor. car. I. 3. 4. *(et serves) „animae dimidium meae!“*
car. II. 17. 5 *te partem animae nostrae.“*
cf. cons. Liv. 39 *voti pars altera nostri“* (sc. *Drusus*).

Ov. met. IX. 717.
„Par aetas, par forma fuit (sc. *virgini*).“
Stat. silv. I. 1. 17. (de equo Domitiani)
„par forma decorque | Par honor“
et ib. v. 22. *Par operi sedes.“*

Ov. met. IV. 145.[35]) *„Oculos jam morte gravatos.“*
Stat. silv. III. 5. 39.[35]) *oculos jam morte cadentes.“*

Versus Ov. met. II. 110.
„Clara repercusso reddebant lumina Phoebo“
et Stat. Theb. I. 344. *Longa repercusso nituere crepuscula Phoebo.“*
a Burmanno (l. l.) jam collati fortasse ad Vergilianam originem referendi sunt. cf. Aen. VIII. 22.
„lumen | Sole repercussum aut radiantis imagine lunae.“

Ov. met. II. 429. *Audiat ipse licet majus Jove.“*
id. ib. XIV. 491. *Audiat ipsa licet et quod facit* etc.“
Stat. silv. III. 5. 5. *Audiat infesto licet haec . . vultu.“*

Ov. fast. II. 451. *Parce precor gravidis facilis Lucina puellis.“*
Stat. silv. I. 2. 269. *Sed parcat Lucina precor.“*

Ov. met. V. 368.
„Cui (sc. *Cupidini*) *triplicis cessit fortuna novissima regni.“*
Stat. silv. III. 2. 14.
„Quis (sc. *Nereidibus*) *honor et regni cessit fortuna secundi.“*
i. e. Cupidini imperium permissum est in olympo, in mari atque in terra, Nereides autem summam potentiam habent in secundo regno, i. e. in mari.

Ov. e. p. III. 4. 89.

---

[35]) comp P. Burmann. ed. Ov. c. not. Amstel. 1727.

„Irrita motorum non sunt praesagia vatum.“
Stat. silv. V. 2. 162.
„Sed venies melior — vatum non irrita currunt | Omina.“
cf. ibid. v. 172. *vatum non irrita currunt | Auguria.“*
Ov. e. p. II. 1. 55.
„Quod precor, eveniet — sunt quiddam oracula vatum.“
Ov. met. XV. 879. *Si quid habent veri vatum praesagia.“*
Ov. trist. IV. 10. 129.
„Si quid habent igitur vatum praesagia veri.“

Ov. met. IX. 480.
„Pro Venus et tenera volucer cum matre Cupido.“
Stat. silv. III. 4. 88.
„Occurrunt teneri Paphia cum matre volucres.“
cf. Ov. ep. XV. 201. *volucrum cui mater Amorum.“*
Stat. silv. I. 2. 54 *tenerum agmen Amorum“*

Ov. met. XV. 711 *in otia natam | Parthenopen“*
Stat. silv. III. 5. 85 *Parthenopen* (v. 79) . . *et desidis otia vitae“*
Stat. silv. I. 2. 265 *Pompejani . . otia Sarni“*
Hor. ep. V. 43 *otiosa credidit Neapolis.“*

Quo nisus argumento Ovidius exul uxorem commovere studet, ut Caesaris atrocem animum placare audeat, eodem Statius utitur, ad amici uxoris pietatem atque amorem laudandum:

Ov. e. p. III. 1. 95 *Non tibi Amazonia pro me sumenda securis*
„Aut excisa manu pelta gerenda manu“
Stat. silv. V. 1. 131 *Vellet Amazonia latus intercludere pelta“*

Ov. met. VI. 223 *conscendunt in agros*
„Terga premunt auroque graves moderantur habenis.“
Stat. Theb. IV. 219
„Arma simul pressasque jugo moderatur habenis.“
Injuria igitur Papinii versus ab O. Muellero revocatus est ad Verg. Aen. XI. 600 . . *sonipes . . pressis pugnat habenis.“* accedit quod praeter hunc locum hexametri clausula *„moderatur habenis“* legitur
Ov. fast. III. 593, ep. II. 3. 75. Tib. IV. 1. 114.

Versus, quos Zingerlius (Ovid. I. p. 100) contulit: Tib. I. 2. 16
„Audendum est; fortes adjuvat ipsa Venus“
Ov. a. a. I. 608 *audentem Forsque Venusque juvat.“*

id. met. X. 586 *Audentes deus ipse juvat.*"
id. fast. II. 782 *Viderit audentes forsne deusne juvat.*"
originem mihi debere videntur
Verg. Aen. X. 284 *Audentes Fortuna juvat.*"
quem versum Macrobius (VI. 1. 62) ad Ennianum fontem reduxit: cf. Enn. 262 (Vahl.)
„*Fortibus est fortuna viris data*"
qui etsi jam ab Heinsio ad Ov. fast. l. l. (ed. Burm.) adscriptus est, tamen O. Muellerum effugit, sicut etiam W. Ribbeckio praeter Ennii locum nullus eorum, quos attuli, notus est.

Ut tandem carminum argumenta percenseamus, quae Statio cum Ovidio communia sunt, apud utrumque invenitur carmen in mortem psittaci amici alicujus compositum; videtur autem res illa, cujus Catullus „passere" auctor praecesserat, in consuetudinem quandam poetarum illius aetatis abiisse et Statium ipsum testem habemus Stellam quoque amicum carmine columbae „*fata deflevisse*" (silv. I. 2. 102).

Ovidii quidem elegia (am. II. 6) vestigia praebet Catulliana, quod contra Statius plane iis caret. In Ovidio autem quiescens non ad verbum singulos locos transfert, sed imagines retinens verba ipsa auctoris dedita ut videtur opera evitat, ne forte nimis sectator ejus reperiatur. Itaque sibi respondent Ov. l. c. v. 20 „*infelix avium gloria . . nempe jaces*" — Stat. silv. II. 4. 24 „*occidit aeriae celeberrima gloria gentis;*"
Ov. v. 27 *loquax humanae vocis imago.*"
Stat. v. 2. *humanae sollers imitator, psittace, linquae*" —
Carmen Ovidii incipit: *Psittace . . Eois imitator ales ab Indis.*"
Statius affatur similiter psittacum v. 25:
„*Psittacus, ille plagae viridis regnator Eoae.*" — Denique omnes volucres, quibus jus „*nobile fandi*" natura dedit, ad funus vocantur (cf. Ov. v. 3 ss., Stat. v. 15 ss.).
Deinde utriusque est propempticon quod dicitur carmen, Statii (silv. III. 2.) ut licet opinari fusum atque spatiosum, vestigiis Ovidianis abundans (am. II. 11), de quibus jam dictum est (cf. v. 14. pag. 52, v. 54 pag. 50, v. 62 pag. 47, v. 114 pag. 48; v. 65 pag. 50; Addendum est [Ov.] ep. XVII. 188 (Leandri).
„*Plias et Artophylax Oleniumque pecus*"
Stat. ibid. v. 77 *Tunc nubila plias | Oleniumque pecus*"

De Horatianis hujus carminis vestigiis cf. pag. 23.

Tum quae Ovidius Mercurium de Syringe nympha narrantem facit similia iis mihi videntur esse, quae Statius de Pholoe nympha effinxit (silv. II. 3, Ov. met. I. 690 ss.): Syrinx dum Pana effugere tentat, desperata sulute in mare praecipitata mutatur in cannam; apud Statium Pholoe, una e Dianae comitibus, Pane persequente in aquam praecipitata in platanum, arborem Atedii Melioris, convertitur.

Denique Statii locus silv. I. 2. 7. spectare videtur ad Ov. am. III. 1. 7; nam similis est descriptio deae: Ov. „*Elegea . . venit* | *Et, puto, pes illi longior alter erat*“ — Stat. „*Elegea propinquat* | *Alternum fultura pedem*“.
Tandem commemorandum est, Cupidinis imaginem, quam Propertius I. 1. 4 „*Et caput impositis pressit Amor pedibus*“ et Ovidius r. a. 529 s.
„*vinctusque teneris* | *Et tua saevus Amor sub pede colla premit?*“ descripsisse putantur, fortasse quoque Statio obversatam fuisse: verba Cupidinis (silv. I. 2. 82)
„*Testis ego, attonitus quantum me nocte dieque*
„*Urgentem ferat. Haud ulli vehementior unquam*
„*Incubui, genetrix, iterataque vulnera fodi.*“

Restat ut Statium cum Lucano conferamus. Exspectantes vero magnam tanti auctoris reverentiam (cf. praef. libr. II.) Statium etiam imitationibus testificaturum esse, magnopere falsi sumus. Vix uno alterove plures consensus reperies.
Lucan. X. 134 s. *Stat contra fortior aetas*
„*Vix ulla fuscante tamen lanugine maltas*“
Stat. silv. III. 4. 65. *ne prima genas lanugo nitentes*
„*Carperet et pulchrae fuscaret gratia formae.*“

Lucan. IV. 298. *Asturii scrutator pallidus auri.“*
Stat. silv. IV. 7. 15.
„ubi | Pallidus fossor redit erutoque | Concolor auro.“

Etsi nobilissimos, quod secutus est Statius auctores, jam percensuimus, paululum tamen, ut res ab omnibus partibus absolvatur, subsistamus in iis carminibus pervestigandis, quae vulgo sine certo auctorum nomine circumferuntur, de quibus tanta inter viros doctos dissensio est, ut ne de aetate quidem, qua composita sint, aliquid affirmari liceat. Dico autem de elegiis in Maecenatem duabus, et de consolatione ad Liviam, quae carmina nuperrime ab Aemilio Baehrensio (poetae latini minores vol. I. Lps. Teubn. 1879), dissentientibus quidem M. Hauptio (opusc. I. p. 347) et O. Ribbeckio de elegiis in Maecenatem conscriptis, Luc. Muellero et M. Hauptio de consolatione ad Liviam, — primo post Christum natum saeculo adsignata sunt, eoque magis sententiam ejus omnibus constat comprobatum iri, si certis imitationum argumentis fulciri possit. Atque in Statii quidem silvis nihil reperi, quod ad elegias istas referrem. Longe autem aliter res se habere videtur de consolatione Liviae, cujus „lecti carminis“, ut verbis utar Aem. Baehrensii,[36]) „apud Senecam in scriptis ad Polybium et Marciam porro apud Statium aliosque nonnulla vestigia exstant.“ Itaque ut quos puto cohaerere inter se locos afferam, Statius silv. V. 3. (est epicedion in Patrem suum) v. 60 exclamat:
O . . . qui dicere legem
Fletibus aut fines audet censere dolendi?

[36]) l. c. pag. 101.

Cons. ad Liv. V. 7.
„*Et quisquam* leges *audet tibi* dicere flendi
„*Et quisquam lacrimas temperat ore tuas.*“

Deinde propter similem sententiarum structuram eandemque vocum „*occidit*“ et „*ille*“ collocationem non dubito conferre Stat. silv. II. 4. 24.

„Occidit *aeriae celeberrima gloria gentis,*
„*Psittacus* ille *plagae viridis regnator Eoae.*“

Cons. ad Liv. 13.
„Occidit *exemplum generis venerabile morum,*
„*Maximus* ille *armis, maximus ille toga.*“

Praeter hos locos adnotetur utrumque poetam pro eo carminum genere, quod epicedion vocatur, eadem uti significatione:

Stat. silv. ib. 23. *cunctae* (sc. *aves*)
„miserandum *addiscite* carmen.“
cons. ad Liv. 3. *Jam legis in Drusum* miserabile *Livia* carmen.“
cf. de eodem genere carminum:
Stat. silv. V. 533. *illaudabile carmen*“
id. ib. V. 3. 1. *lamentabile carmen.*“

In fine hexametri legitur:
Stat. silv. I. 1. 85 *mox* Caesaris ora | . . *cervice tulit*“
cons. ad Liv. 465 *laudari* . . Caesaris ore | *Emerui*“
Tandem comparentur
Stat. silv. I. 2. 76 *Ausoniae matres* (sc. *petunt*).“
cons. ad Liv. 264 *Ausoniae matres* (sc. *maerent*).“

Certam igitur rationem inter haec carmina exsistere vix negabitur; uter autem alteri auctor praecesserit, difficile est dictu, praesertim cum Hauptii et Muelleri disputationibus Statium esse imitatorem non concedatur. Attamen Statii silvarum fama, quae per totam mediam aetatem fere nulla erat, adeo jam exeunte percrebuerat, ut doctus quidam Italus sumeret ex silvis carmina, quae imitaretur? Quod etsi concedo, tamen cogitanti mihi Statium in uno quoque carminum genere clarissimos nobilissimosque auctores sequi consuescere, velut in lyricis carminibus (silv. IV. 5 et 7) Horatium, in propemptico quod dicitur carmine Horatium atque Ovidium, in carmine de psittaci morte composito Ovidium, — non incredibile vide-

tur esse, illud carmen primo post Christum natum saeculo esse factum.


Panegyrici Pisonis vestigia in Statii silvis non exstant, item ex carmine de Aetna composito nihil ad Statium revocandum esse videtur, nisi quod Wernsdorfius (cf. poet. lat. min. vol. IV. pag. 6) ad v. 4.

„dexter venias mihi carminis auctor,
„Seu te Xanthus habet (sc. *Apollo)“*

adnotavit Stat. silv. V. I. 14.

„Temptamus dare justa lyra, modo dexter Apollo
„Adnuat.“





Thesis.

Carmen quod vocatur epicedion Drusi genuinum mihi videtur esse.

Vita.

Natus sum Georgius Luehr a. d. XII. Kal. Febr. anni 1855 in pago Passarge, qui VI circiter milia passuum abest a Brunsberga urbe ussia orientali sita, patre Henrico, matre Ludwina de gente Bell- quibus adhuc superstitibus magnopere laetor. Fidem profiteor olicam. — Nondum primum expleveram annum, cum Brunsbergam latus sum; ibi a patre potissimum primis literarum rudimentis institutus gymnasium adii, quod tunc Braunio florebat directore, nunc Dr. Meinertzio. Maturitatis testimonio ornatus Regiomontum me contuli philologicis studiis me dediturus, et ab Henrico Jordano prorectore in civium academicorum numerum receptus sum Inde octobri mense anni 1876 Lipsiam petivi, totoque anno ibi peracto ad Almam Matrem Alber- um redii, ut antiquitatis studia absolverem. Quos per quinque annos ivi Lipsiae:

G. Curtium, H. Langium, J. Lipsium, O. Ribbeckium, Th. Fritschium, Ebertium, Hirzelium, Heinzium, Hermannum.

Regiomonti:

L. Friedlaenderum, H. Jordanum, K. Lehrsium, Ludwichium, Ruehlium, Schadium, Wagnerum, Hirschfeldium, Walterum, Quaebickerum, Zornium,

quibus omnibus, imprimis autem L. Friedlaendero, studiorum meorum rectori benevolentissimo, gratias ago quam maximas.

Per tria semestria socius fui ordinarius seminarii philologici; archaeologicis autem exercitationibus Hirschfeldii auspiciis interfui per um annum. —